



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

De Pallio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)



Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI DE PALLIO,
LIBER.



D RINCIPES semper Africa, viri Carthaginenses, vetustate nobiles, nouitate felices, gaudeo vos tam prosperos temporum, cum ita vacat ac iuuat, habitus denotare pacis. hæc & annona & ocia ab imperio & à cælo, bene est. tamen & vobis habitus aliter olim tunicæ fuere, & quidem in fama de subteminis studio, & luminis consilio, & mensuræ temperamento, quod neque trans crura prodigæ, nec intra genua inuerecundæ, nec brachiis paræ, nec manibus artæ, sed nec cingulo finis diuidente, expeditæ atque quadratæ instita in viris autem pallij extrinsecus habitus & ipse quadrangulus, ab utroque laterum regeustus, & ceruicibus circumstructus, in fibularum morfu humeris adquiescebat, instar eius, hodie Æsculapio iam vestro sacerdotium est. Sic & in proximo foror ciuitas vestiebat, & sicubi alibi in Africa, Tyros. At cum sæcularium fortium variavit vrna, & Romanis deus maluit: foror quidè ciuitas suo pro arbitrio mutare properauit, vt ad pulsum Scipionem ante iã de habitu salutare, Romana præcoqua. Vobis vero post iniuriæ beneficium, vt senium non fastigium exentis, post Gracchi obscena omina, & Lepidi violenta ludibria, post trinas Pompeij aras & lōgas Cæsaris moras, vbi mœnia Statilius Taurus imposuit, sollempnia Sentius Saturninus enarrauit, cum concordia iuuat, toga oblata est. Pro quantum circummeauit, à Pelagis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, vt ab humeris sublimioris populi Caathaginienses complecteretur. exinde tunicam longiorem cinctu arbitrâte suspenditis, & pallij iam teretis redundantiã tabulata congregatiõne fulcitis, & si quid præterea cõdicio vel dignitas, vel temporalitas vestit, pallium tamen generaliter vestrum immemores etiam denotatis. Et quidem haud miror præ documento superiore. nam & arietem (non quem Laberius reciprocicornem & lanicentem & testitrahum, sed trabes machina est, quæ muros frangeret militat) nemini vquam adhuc libratum, illa dicitur Carthago studiis asperissima belli, prima omnium armasse in oscillum penduli impetus, commentata vim tormenti de bile pecoris capite vindicantis. Cum tamen vltimarent tempora patriæ, & aries iam Romanus in muros quondam suos auerret, stupuere illico Carthaginenses vt nouum extraneum ingenium.

Tantum cui longinqua valet mutare vetustas.

Sic denique pallium agnoscitur. Sit nunc aliunde res, ne Pœnicum inter Romanos aut erubescat aut doleat, certe habitum vertere naturæ totius sollempne mutus est, fungitur & ipse mûdus interim iste quem incumbimus. Viderit Anaximander si plures putat, viderit si quis vspia alius ad Meropas, vt Silenus penes aures Midæ blattit, aptas sane grandioribus fabulis. Sed & si quem Plato æstimat, cuius imago hic sit, etiam ille habeat necesse est proinde mutare: quippe si mundus, ex diuersis substantiis officiisque constabit, ad formam eius quod mundus hic est. neque enim mundus, si non vt mundus. proinde diuersa in vnum, ex demutatione diuersa sunt. denique diuersitatis discordiam vices fœderant, ita mutado erit mundus omnis, qui & diuersitatibus corporatus & uicibus temperatus. Nostra certè mutatio (quod clausis, vel in totum Homericis oculis liquet) totum veriforme est; dies & nox inuicem vertunt; sol stitionibus annuis, luna modulationibus mensuris variat; siderum distincta confusio interdum deijcit quid, interdum resuscitat; cæli ambitus nunc sub diuo splendidus, nunc nubilo fordidus; aut imbres ruunt, & si qua

missilia cum imbribus, dehinc substillum, & denuò sudum. sic & mari fides infamis, dum D & flabris æque mutantibus de tranquillo probum, de²² flustris temperatum, & extemplo de decumanis inquietat.²³ Sic & terram, si recenseas, temporatim vestiri amantem, prope sis eandem negare, memor viridem cum conspicias flauam, mox visurus & canam. ceteri quoque eius ornatus, quid non aliud ex alio mutant, & montium scapula decurrendo, & fontium venæ ebullando, & fluminum via obumbrando.²⁴ Mutauit & totus orbis, ali-

Gen. 7. 8. quando aquis omnibus obitus: adhuc maris conchæ & buccinæ peregrinantur in mon-
9. tibibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitasse; sed & enatando rursus infima mu-
tauit, rursus orbis alius, idem mutat & nunc localiter habitus; cum situs læditur; cum inter
infulas²⁵ nulla iam Delos, harenæ Samos, & (sille non mendax,) Æon, in Atlantico, Li-
byam aut Asiam adæquans quæratur nunc; Itaque quondam latus, Hadria Tyrrenoque
Gen. 18. quassantibus medio tenus interceptum reliquias Siciliam facit; cum tota illa plaga disci-
19. dij, contentiosos æquorum coitus angustiis retorquens, nomen vitij mari induit, non ex-
spuentis naufragia, sed deuorantis.²⁶ Patitur & continens de celo aut de suo. Aspice ad
Palæstinam, qua Iordanis amnis finium arbiter; vastitas ingens, & orba regio, & frustra
ager est, & vrbes retro, & populi frequentes;²⁷ & solus audiebat. dehinc vt deus censor ef-
set, impietas ignium meruit imbres; hæctenus Sodoma, & nulla Gomorra, & cinis omnia,
& propinquitas maris iuxta cum solo mortem bibit. Ex huiuscemodi nubilo & Tusciam
Vulfinios pristinos deusta, quo magis de montibus suis Campania speret, erepta Pompe-
ios. Sed absit.²⁸ Vtinam & Asia secura iam sit de foli ingluuie: vtinam & Africa semel vo-
raginem pauerit;²⁹ vniciis castris fraudatis expiata. Multa & alia huiusmodi detrimenta ha-
bitum orbis nouauere, sitis que mouere. Bellis quoque plurimum licuit. Sed piget tristitia
non minus quam³⁰ Regnorum vices recēsete, quotiens & ista mutauerint iam inde à Ni-
no Beli progenie: si³¹ tamen Ninus regnauit primus, vt autumat superiorum prophanitas,
(fermè apud vos, vltra stilius non solet) ab Assyriis, si fortè æui historia patefcunt. Qui ve-
ro diuinas lectitamus, ab ipsius mundi natalibus compotes sumus: sed læta iam malo,
Gen. 1. quippe & læta mutant. Denique si quid mare diluit, celum texit, terra subduxit,
gladius detotondit, aliàs³² versura compensato redit.³³ Nam & primitus maiore am-
bitu terra casta, & vacans hominum, & sicubi aliqua gens occuparat; sibi met soli erat.
Itaque cogitans omnia sibi domum, intelligens alibi stipantem copiam, alibi deserentem,
runcare atque rursus consuluit, vt inde velut ex furculis & propaginibus populi de po-
pulis, vrbes de vrbebus, per vbique orbis pangerentur. Trāsuolauere redundantium gen-
tium examina;³⁴ Scythæ exuberant in Persas,³⁵ Phœnices in Africam eructant,³⁶ Roma-
nos Phryges pariunt,³⁷ Chaldaicum semen in Ægyptū educatur. dehinc cum inde tran-
ducitur Iudæa gens est. Sic³⁸ & Herculea posteritas, qui Temeno pariter Peloponnesum
occupando producunt. Sic &³⁹ Iones Nilei comites Asiam nouis vrbebus instruunt,⁴⁰ sic
& Corinthii cum Archia muniunt Syracusas. Sed vanum iam antiquitas, quando curricu-
la nostra coram. Quantum reformauit orbis seculum istud: quantum vrbum aut pro-
duxit, aut auxit, aut reddidit præsentis Imperij triplex virtus, Deo tot Augustis in vni fa-
uente: quot census transcripti? quot populi propaginati? quot ordines illustrati? quot bar-
bari exclusi? Reuera orbis cultissimum huius Imperij rus est,⁴¹ eradicato omni aconito
hostilitatis, & cæcto & rubo subdolæ familiaritatis, consitum & amœnum super⁴² Alci-
noi pometum, & Midæ rosetum. Laudans igitur orbem mutantem, quid denotas homi-
nem?⁴³ [Mutant & bestia pro veste formam.⁴⁴ Quamquam & pauo pluma vestis, & qui-
dem de cataclitibus; imo omni conchylio depressior, qua colla florent; & omni patagio in-
aurator, qua terga fulgent; & omni syrmate solutior, qua caudæ iacent, multicolor, & dis-
color, & versicolor, numquam ipsa, semper alia, & si semper ipsa quando alia, totiens deni-
que mutanda, quotiens mouenda.⁴⁵ Nominandus est & serpens licet ponè pauum. nam
& iste quod sortitus est conuertit corium & æuum. siquidem vt senium persensit, in angu-
sta se stipat, pariterque specum ingrediens & cute egrediens, ab ipso statim limine eratus,
exuuiis ibidem relictis nouum se explicat, cum squamis & anni recurantur.⁴⁶ Hyæna, si
obserues, sexus annalis est, marem & feminam alternat.⁴⁷ taceo ceruum, quod & ipse
ætatis suæ arbiter, serpente pastus, veneno languescit in iuuentutem.⁴⁸ est &, quadrupes,
rardigrada, agrestis, humilis, aspera, testudinem Pacuianam putas. non est; capit & alia
bestiola verficulum; de mediocribus oppido, sed nomen grande: chamæleontem qui au-
dieris, haud antè gnarus, iam timebis aliquid amplius cum leone. at cum offenderis apud
vincam

De Pallio liber.

7

A vineam fermè sub pampino totum, ridebis illico audaciam & Græciam nominis: quippe nec succus est corpori, qui minutionibus multo licet. chamæleon pellicula viuuit, capitulum statim à dorso: nam deficit ceruix. itaque durum reflecti, sed circumspèctu emittitij ocelli, imò luminis puncta vertiginant. hebes, fessus, vix se à terra suspendit: molitur incessum stupens, & promouet, gradum magis demonstrat quàm explicat, ieiunus scilicet semper & indefectus: oscitans vescitur, follicans ruminat, de vento cibus, tamen & chamæleon mutare totus, nec aliud valet. nam cum illi coloris proprietates vna sit, vt quid accessit, inde suffunditur: hoc soli chamæleonti datum, quod vulgò dictum est, de corio suo lude-re. ¹⁴ Multa dicendum fuit, vt ad hominem præstructim perueniretur: hunc quoque primordio accipitis, nudus certè & inuestis figulo suo constitit, post demum sapietiam haud erant, protegere festinans, ficulneis foliis interim circumdat. dehinc cum de originis loco exterminat, quippe deliquerat, pellitus orbi. vt metallo datur: ¹⁵ sed arcana ista, nec omnium nosse. Cedo iam de vestro, quod Ægyptij narrant, & ¹⁶ Alexander digerit & Afer legit. ¹⁷ ea tempestate Osiridis qua ad illum ex Libya Hammon vasit ouium diues. denique cum ipsis Mercurium autumant fortè palpati arietis mollitie delectatum, diglubasse ouiculum: dumque pertentat quod facilitas materię suadebat, tractu prosequente filum eliguasse, & in vestis pristinæ modum quam philyra tenui vinxerat, textuisse. Sed vos omnem lanitij dispensationem structuramque telarum Mineruæ maluistis; cum penes Arachnen diligentior officina, exinde materia. ¹⁸ nec de ouibus dico Milesiis & Selgicis & Altinis, B aut ¹⁹ quis Tarentū, vel Bætica cluet, natura colorante. Sed quoniam & arbuta vestiunt, & lini herbida post virorem lauacro niuescunt: nec fuit satis tunicam pangere & serere, nisi etiam pilicam vestitum contigisset. nam & ²⁰ de mari vellera, quæ muscosæ lanositatis lautiores concha comant. ²¹ Prorsus haud latet, bombycem (vermiculi genus est) quæ per ærem aliquando araneorum more scopis idoneus se distendit, dehinc deuorat, mox æque reddere, proinde si necaueris, animata iam stamine aluo. ²² Tantam igitur paraturam materiarum ingenia quoque vestificinæ profecuta, primum tegendo homini qua necessitas præcessit, dehinc & ornando imò & inflando, qua ambitio successit, varias indumentorum formas promulgauere. quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes. pars verò passiuus omnibus vtilis, vt hoc pallium, & si Græcum magis, sed lingua iam penes Latium est. cum voce vestis intrauit, atque adeò ipse, qui Græcos pellendos vrbe censèbat, litteras eorum vocemque senex iam eruditus. ²³ idem Cato iuridicinæ suæ in tempore humerum exsertus, haud minus palliato habitu Græcis fauit. [²⁴ Quid nunc? si est Roma- IIII.

nitas omnis alia, nec vestis; tamen admodum Græci estis. Annè ita est? ²⁵ Vnde gentium in prouinciis melius exercitis, quas natura agro potius eluctando commodauit, studia palæstræ malè senescètia & in cassum laborantia, & lutea vnctio, & puluerea volutatio, & arida saginatio? vnde ²⁶ apud aliquos Numidas etiam equis cæsariatos, iuxta cutem tonfor, & cultri vertex solus immunis? vnde apud hirtos & hirsutos tam rapax ab ala resina, tam furax à mento volfella? Prodigij est, hæc sine pallio fieri. illius est hæc tota res Asia. Quid tibi Libya & Europa cum exoticis mundiciis, quas vestire non nosti? Reuera enim quale est ²⁷ Græcatim depallari magis quàm amiciri: habitum transferre ita demum cultus probum est, si non consuetudo, sed natura mutetur. sat refert inter honorem temporis, & religionem dei: consuetudo fidem temporis, natura deo. ²⁸ Naturam itaque concussit Larifæus Heros in virginem mutando ille ferarum medullis educatus, vnde & nominis consilium, quando quidem labiis vacuèrat ab vberum gustu: ille apud rupicem & siluicolam & monstrorum eruditorem serupea schola eruditus. Feras in puero matris sollicitudinem. ²⁹ patiens certè iam vstriculas, certè iam virum alicuius clanculo functus, adhuc sustinet stolam fundere, comam struere, cutem fingere, speculum consulere, collum demulcere, aurem quoque foratū effeminatus, quod illi apud Sigæum statua seruat. planè postea miles est, necessitas enim reddidit sexum. de prælio sonuerat. nec arma longè. *Ipsūm* (inquit) *ferrum virum attrahit*. Ceterum si post incentiuum quoque puella perseuerasset, potuit & nubere. ecce itaque mutatio; monstrum equidem geminum, de viro femina, mox de femina vir, quando neque veritas negari debuisset, neque fallacia constiteri. Vtque habitus mutandi malus, alter aduersus naturam, alter contra salutem. ³⁰ Turpius adhuc libido virum cultu transfigurauit, quàm aliqua materna formido; tametsi adoratur à vobis, qui erubescendus est, Scythalogittipelliger ille, qui totam epitheti sui sortem cum mulie-

bri cultu compensauit. Tantum Lydia clancularie licuit vt Hercules in Omphale, & Omphale in Hercule prostitueretur. ⁶⁷ vbi Diomedes & cruenta praesepia? ⁶⁸ vbi Bufiris & butuaria altaria? ⁶⁹ vbi Gerion ter vnus? Cerebris adhuc eorum claua fecere malebat, cum vnguentis offenderetur. ⁷⁰ Vetus iam Hydrae Centaurorumque sanguis in sagittis, pumice speculi excludebatur, insultante luxuria, vt, post monstra traxit coronam forsitan fuerent. ⁷¹ Ne sobriae mulieris quidem aut vitaginis alicuius scapulae, sub exuias bestiae tante introire potuissent, nisi diu mollitas & euigoratas & exodoratas, quod apud Omphale balneo aut telino spero factum. credo & iugas pectinem passas, ne ceruicem eneruem inureret. ⁷² stiria leonina; hiatus crinibus infarfos, ⁷³ genuinos inter antias adumbratos ne tota oris contumelia mugiret. Si posset, Nemaea certe, si quis loci Genius, ingemebat, tunc enim se circumspexit leonem perdidisse. ⁷⁴ Qualis ille Hercules in theatro Omphales fuerit, iam Omphale in Herculis scorto designata descripsit. ⁷⁵ Sed & qui arte Tyrrinthium acceperat pugil Cleomachus, post Olympia cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, inter cutem caesus & vltra inter ⁷⁶ fullones iam Nouianos coronatus, meritoque mimographo Lentulo in Catinensibus commemoratus; ⁷⁷ vtique sicut fastigia caestuum viriosa occupauit, ⁷⁸ ita & endromidis solocem aliqua multicia synthesi extruxit. ⁷⁹ Physconem & Sardanapalum tacendum est, qui nisi insignes libidinum, alias reges nemo nosset. tacendum autem ne quid & illi de Caesaribus quibusdam vestris obmussent, pariter propudiosus: nec magnae forte constantiae mandatum sit, impuriorem Physconem, molliorem Sardanapalum. ⁸⁰ Nec tepidior vis vanae quoque gloriae mutandis in dubiis, etiam vero saluo, calor est omnis affectus: verum cum in affectationem flabellatur, iam de incendio gloriae ardor est. Habes igitur ex isto fomite aestuatem magnum regem, sola gloria minorem. vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste, triumphalem cataphractem amolitus, in captiua ⁸¹ Sarabara decessit: pectus squamarum signaculis disculptum, textu pellucido tegendo nudauit, anhelum adhuc ab opere belli, & vt mollius ventilante serico extinxit. Non erat satis animi tumens Macedo nisi illum etiam vestis inflator delectasset. ⁸² Nisi quod & philosophi puto ipsi aliquid eiusmodi affectant. audio enim & in purpura philosophatum. Si philosophus in purpura, cur non & in baxea tyria calciare, nisi aurum minime Graecatos decet. ⁸³ atquin alius & sericatus & crepidam aratus incescit: digne quidem vt Bacchantibus indumentis aliquid subintraret, cymbalo incescit. Quod si iam tunc locorum Diogenes de dolio latraret, non coenulentis pedibus vt thori Platonici sciunt, sed omnino totum Empedoclen in ⁸⁴ adyta Cloacinarum detulisset, vt qui se coelitem deliraret, sorores prius suas, dehinc homines deas saluaret. Tales igitur habitus qui de natura & modestia transferunt, & acie figere, & digito destinare, & nutu tradere, merito sit. ⁸⁵ prorsus si quis Maendrico fluxu delicatam vestem humi protrahat, audiat pone se quod & Comicus, *Qualem demens iste chlamydem disperdit.* Enimvero iam dubium censoriae intentionis episcynio disperso, ⁸⁶ quantum denotatum passiuitas offert, ⁸⁷ libertinos in equestribus, subuerbustos in liberalibus, dedititios in ingenuis, rupices in vrbis, scurras in forensibus, paganos in militaribus. Vispillo, leno, lanista, tecum vestiuntur. Conuerte & ad feminas. Habes spectare quod ⁸⁸ Cecina Seuerus grauius senatui impressit, *matrona sine stola in publico.* denique ⁸⁹ Lentuli Auguris consulis, quae ita sese exautorasset, pro stupro erat poena: quoniam quidem indices culto desque dignitatis habitus, vt lenocinij facitandi impedimenta, sedulo quaedam desuefecerant. at nunc in semetipsas lenocinando quo planitus adeantur, & stolam, & supparum, & crepidulum, & calicendum, ipsas quoque iam lecticas & sellas quis in publico quoque domestice ac secretae habebantur, eicrauerunt. Sed alius exstinguit sua lumina, alius non sua accendit. Adspice lupas popularium libidinum nundinas, ipsas quoque frictices. Et, si praestat oculos abducere ab eiusmodi propudiis occisae in publico castitatis, adspice tamen vel sublimis iam; matronas videbis, cum latrinarum antistes serico ventilat, & immundiorum loco ceruicem monilibus consolatur, & armillis, quas ex virorum fortium donis ipsae quoque matronae temere vsurpassent, omnium pudendorum conscias manus inserit, impuro cruri ⁹⁰ purum aut malleolum inducit calceum. Cur istas non spectas? ⁹¹ vel illos iteum habitus, qui nouitate vestitus religionem mentiuntur, cum ob cultum omnia candidatum, & ob notam vitae, & priuilegium galeri, Cereri initiuntur; cum ob diuersam affectionem tenebricae vestis, & tetrici super caput velleris in Bellonae montes fugantur; cum latioris purpurae ambitio, & galatici ruboris superiectio Saturnum commendat; cum ipsum hoc pallium

A pallium morosius ordinatum, & crepidæ, cretata Græcatim Æsculapio adulantur. Quâto tunc magis arguas illud? & vrgeis oculis etiam simplicis & inaffectatæ tamen superstitio nis reum. ¹¹ Enimuero cum hanc primum sapientiam vestit, quæ vanissimis superstitionibus renuit, tunc certissime pallium super omnes exuuias & peplos augusta vestis, superq; omnes apices & titulos sacer suggestus deducit oculos. suadeo reuerere habitû, vnus interim erroris tui renunciatorê. ¹² Tamen, inquis: ita à toga ad Pallium: Quid enim si & à diademate & à sceptro? An aliter mutauit Anacharxis, cû regno Scythiæ philosophiâ præuertit? Nulla in melius transgressus sint signa, est habitus iste quod faciat. Prius etiam ad simplicem spectatam relam eius; nullo tædio constat. adeo ¹³ nec artifice necesse est, qui pridie rugas ab exordio formet, & inde deducat in tilias, totumque cõtracti vmbonis figmentum custodibus forcipibus assignet; dehinc diluculo (tunica prius cingulo correpta, quam præstabat moderatiorem texuisse) recognito rursus vmbone & si quid exorbitauit reformato, partem quidem de læuo promittat, ambitum vero eius ex quo sinus nascitur iam deficientibus tabulis retrahat à scapulis, & exclusâ dextera in læuam adhuc congerat cum alio pari tabulato in tergo deuoto, atque ita hominem sarcina vestiati. Cõscientiam denique tuam perrogabo, quid te prius in toga sentias, indutum ne an onustum? habere vestem, an baiulare? Si negabis: domû consequar, videbo quid statim à limine properes: nullius profecto alterius indumenti expositio quàm togæ gratulatur. calceos nihil dicimus, proprium togæ tormētum, immūdiſsimā pedum tutelam, verum & falsam, quamenim non expediat in algore & ardore rigere nudipedem, quàm in calceo vncipedē, magnum incessui munimentum futrinæ Veneriæ prospexere, perones effeminatos. At enim pallio nihil expeditius, ¹⁴ etiam si duplex, quod Crætetis more nusquam vestiendo componitur, quippe tota molitio eius operire est solutum, id est, vno circumiectu, licet equidem nusquam inhumano; ita omnia hominis simul contegit. Humerum velans exponit, vel includit, cetero qua in humerum adhæret nihil circumfulcit, nihil circumstringit, nihil de tabularum fide laborat, facile sese regit, facile reficit. etiam cum reponitur, nulli cippo in crastinum demandatur, si quid interula superest, vacat zonæ tormentum; si quid calceatus inducitur, mundissimum opus est, aut pedes nudi magis, certè viriles magis quàm in calceis. Hęc pro Pallio interim, quātum nomine concitasti. lam vero & de negotio prouocat. ¹⁵ Ego, inquit, nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo; nihil officio aduigilo, nulla rostra præoccupo, nulla prætoria obseruo, cancellos nō adoro, subsellia non contundo, iura non conturbo, causas non elatro, non iudico, non milito, non regno; secessi de populo. imò vnicum negotium mihi est, nec aliud nūc curo quàm ne curē. Vita meliore magis in secessu fruare quàm in promptu. sed ignaua infamique scilicet patriæ, & imperio rei que pub. viuendum est. Errat olim ista sententia; Nemo alij nascitur, moriturus sibi. ¹⁶ Certe cum ad Epicuros & Zenonas vêtum est; sapientes vocas totum quietis magisterium, qui eam summæ atque vnicæ voluptatis nomine conseruauer. Tamen propemodum mihi quoque licebit in publicum prodesse. ¹⁷ Soleo de qualibet margine vel ara medicinas moribus dicere, quæ felicius publicis rebus & ciuitatibus & imperiis bonas valetudines conferent, quàm tuæ operæ. Quippe si pergam ad acuta tecum, plus togæ læsere rempub. quàm lorica. Atquin nullis vitiis adolor, nullis veterinis parco, nulli imperigini adolor; adigo cauterē ambitioni, qua ¹⁸ M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit, qua bis tantum Afinius Gallus pro mēsa eiusedē Mauritaniæ numerat. Hem, quantis facultatibus æstimauer lignas maculas? ¹⁹ item qua lances centenarij pōderis Sulla molitur. Vereor sanè ne parua sit ista trutina, cum ²⁰ Drusillanus, equidem seruus Claudij, quingenariam promulsidem ædificat, superscriptis fortasse mensis necessariam; cui si officina exstructa est, debuit & triclinium. Immergo æque seapellum acerbitati ei, qua ²¹ Vedius Pollio seruos murænis inuadendos obiectabat, noua scilicet sæuitia delectatio, terrenæ bestiæ exedentulæ & exunguis & exornis: de piscibus placuit feras cogere, vtique statim coquendis, vt in visceribus earum aliquid de seruorum suorum corporibus & ipse gustaret. Præcidam gulam; qua ²² Hortensius orator primus pauum cibi causa potuit occidere; qua ²³ Aufidius Lurco primus saginæ corpora vitiauit, & coactis alimentis in adulterinum prouexit saporem; qua ²⁴ Afinius Celer nulli vnus obsoniū v. l. s. detulit; qua ²⁵ Æsopus histrio ex auibus eiusdem preciositatis vt canoris & loquacibus. quibusque sexcentorum millium patinam conflauit; ²⁶ qua filius eius post tale pulpamentum potuit aliquid sumptuosius esurire; margaritamque vel ipso nomine preciosa dehausit, credo ne mendicius patre cœnasset. Taceo

VI.

100 Neronis & Apicios & Rufos. 101 Dabo catharticum impuritati Scauri, & 102 alex Curij, & vinolentia Antonij. Et memento istos interim ex multis togatos fuisse, quales apud palliū haud facile. Has purulentias ciuitatis quis eliciet & ex vaporabit, ni sermo palliatus? 103 Sermone, inquis, me suasisi medicamine sapiētissimo. Verum etsi eloquium quiescat, aut infantia subductum, aut verecundia retētum, (nam & elingui philosophia vita cōtenta est) ipse habitus sonat. sic denique auditur philosophus dum videtur. De occurfu meo vitia suffundo. Quis non æmulum suum cum videt patitur? quis oculis in eum potest, in quem mentibus non potest? grande pallij beneficium est, sub cuius recogitatu improbi mores vel erubescunt. Viderit nunc philosophia, quid proficit. Nec enim sola mecum est. Habeo & alias artes in publico viles, de meo vestiuntur, & primus informator litterarum, & primus edomator vocis, & primus 104 numerorum harenarius, & Grammaticus, & Rhetor, & Sophista, & Medicus, & Poëta, & qui Musicam pulsat, 105 & qui stellarem coniectat, & qui volaticam spectat. omnis liberalitas studiorum quatuor meis angulis tegitur. plane post Romanos equites. Verum & cerdones & omnis gladiatorum ignominia togata producit. Hæc nimirum indignitas erit à toga ad palliū? Sed ista pallium loquitur. 106 At ego iam me illi etiam diuinæ sectæ ac disciplinæ cōmercium confero. Gaude pallium & exulta melior iam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII
IN LIBRUM DE PALLIO.

DE PALLIO.] Pallium quale fuerit, satis patet tum ex verbis Auctoris supra in Argumento, tum ex picturis sculpturisque superioris vestis Apostolorū Christianique etiamnum existant. Similem autē habitus mutationem in nouis Christianis subindicat Origenes apud Eusebium Eccles. hist. lib. 6. c. 15. cum de Heracla dicit, postquam illum cōmuni indumento habitum adsumpsisse Philosophicum. Quoniam autem Pallium Græcorum erat gestamen (vti adnotauit Rhenanus) vt toga Romanorū, & Christiani frugalitatis gratia Pallio vestiebantur tamquam veste simpliciore & Philosophica, factum est vt, vulgari conuicio, qui nostris sacris initiati forent, Græci vocarentur, & ab iniectione Pally, quod tunica super imponebatur, etiam imponentes, vt ita dixerim, sine impostores. Quoties ergo Christianus aliquis prodisset, statim illud è triuio auidebat, & γεγραυός ἑτερόδότης. Id simpliciter accipiebat indoctum vulgus ob pallij superimpositionem; ceterum literati figuratum morsum intelligebant in vocabulo ἑτερόδότης; in quo fieret ad impostoris nomē apud Latinos tacita allusio; hoc est, deceptoris & hominis sanctitatem mentientis. Atque hoc est quod Hieronymus ad Euriā de viduitate scribens: Vbicunque (inquit) viderint Christianum, statim illud de triuio; & γεγραυός ἑτερόδότης; vocant impostorem, detrahunt. Sensum scōmmatis idem Hieronymus expressit epistola ad Marcellam de agrotatione Blesille de Christianis agens, qui propter vestitum viliori à gētilibus, nō nunquam etiam a pseudochristianis viderentur: Nos (inquit) quia serica veste nō vimur, Monachi iudicamur; quia ebrii non sumus, nec cachinno ora dissoluiamus, continentes vocamur & tristes. si tunica non cāduerit, statim illud è triuio: impostor & Græcus est. Pbi vides ad vestem pertinere dictariū, qua philosophi Græcorum peculiariter vterentur, & post illos Christiani, cum inquit. Si tunica non canduerit. Hactenus Rhenanus, non incommode. sed expungendi (præter eos quos Censores Regij repurgarunt) veniunt duo loci in ipsius ad hunc librum argumento. præterquam enim quod in calce tacite sugillat Romani Pontificis sceptrum & diadema;

etiam in ipso offendit lumine, de Monachorum agens veterum vestitu, Erasmi opinor imitatus in vita D. Hieronymi & Antidoto scilicet suo in Epistolam ad Rusticum. Repugnat etenim directè hic error patrum veterum iam inde ab ætate Apostolorum sententia, qui vnanimiter omnes tam in monachis quam Sanctimonialibus imitationem habitus agnoscent. De his aliquid diximus Adnot. supra in Epistolam D. Cypriani LXII. ad Pompon. de Virg. De Monachis vero id adferunt, non modo Philo Iudæus, sed etiam D. Chrysostomus homil. 69. in 21. c. Matth. eiusque discipulus Cassianus de Instit. cenob. c. 1. 2. 3. & Nilus Abbas in Aferico; amictum monachorum describens, qualis Helie, Helisai, & Ioannis Baptiste describitur, lib. 3. Reg. 17. & 19. c. 1. 2. 4. 6. Matth. 3. & 11. c. Marc. 1. Luc. 1. & Hebr. 11. qui haud dubiè diuersus fuit à reliquo hominum genere. Quod quantumvis negent Contrariatos Magdeburgenses de D. Ioanne ne videatur monachorum exemplar fuisse; contrarium tamen pulchre ostendunt Alanus Copus dial. lib. 2. c. 5. ac 6. & P. Cassianus Comment. de verb. Dei corrupt. lib. 1. à quibus citatur Opeatus Mileuitanus lib. 2. contra Parmen. Anastasius de virginis. Ambrosius epistola, 36. Gregorius Nazianz. exhort. ad virgines, Hieron. in Hilarium & Paulo Eremitis, Augustinus Epist. 199. ad Ediciam, Hieron. in mesyma, Pallad. hist. Laus. c. 41. & Damasc. de Basil. c. 1. c. 2. ac 14. & qua habet Nicephorus Eccles. hist. lib. 9. c. 19. de vestitu monachorum Tabernensium sub Pachomio eodem plane cum eo quo vtiuntur hodie monachi. Quid? quod, non solum Pachomij discipuli D. Origenes in inst. monast. & Isaias Abbas monast. Inst. 1. 3. cucullam, zonam, pellem, & sandalia recenseant; verum etiam D. Hieronymus ad Demet. de custod. virginis. cucullam & masortis meminerit, vel teste etiam Rufino lib. 2. c. 4. c. 5. 6. & 7. quid miserij significet cucullam, rebrachiatoria, ac masortis late explicat. immo etiam D. Benedictus contra quam audeat perperam adserere Rhenanus (Regula sua c. 5. 6. nominat cucullam, tunica &

scipulare in cuius Comentario Hrabanus nosser, que MS. habemus, pro nobis citat verba SS. Baslij & Isidori.

CAP. II.

2. Principes semper Africe viri Carthaginien- ses, &c. [Facunt ad loci huius intelligentiam, tum que de Africe primatu & imperio in 6. provincis distribu- ta, ad epist. D. Cypriani XLV. & XLIX. tum que de Carthaginis origine, nobilitate, interecone & noua re- stauracione adnotauimus in Prefatione Concilij sub eodem Cypriano Carthaginienfis; quam etiam esse veriozem lectionem ibidem diximus. Vide Africe descriptione apud Sallust. in bello lugurth.

3. gaudeo vos tam prosperos temporum, &c.] Voces phrasice Tertull. hic adnotata digna: prosperos temporu, vt & infra; infliges libidinu denotare, hic et infra, pro: notare; sicuti paulo post; denotatu, pro: reprehensionu. Pacis autem habitus, pallium vocat, quod neque caudicis neque militibus visitatum fuerit.

4. Tamen & vobis habitus aliter olim Tunica fuere. Huc pertinet illud Nonij Marcelli: Ennius, pro- bro Carthaginensium Tunica uenientem voluit dicere, & quod Pannum autem nuncupet Plautus in Pannulo, ob manicas alarum instar utrinque pensiles. Nam & Rome probo veri solere manicas tunicas quales hic pulcre de- scribuntur, restatur A. Gellius, quippe cum tunica Roma- norum breuior esset & sine manica.

5. & quidem in fama, de subtreminis studio, &c.] Ac si dicat: fama celebres, vt potest picturata, vel auri (vt apud Verg. Aeneid. 3.) vel potius luminis, id est, coloris a- licuius luminosi, qualis est puniceus & coccineus. Ludouic- emans Carris IC. Clariss. & doctissimus legi volebat, & quidem in femina, eo quod sequatur: in viros autem iudice Lector, Turnebus paulo post emendauit lib. 7. c. 20. quod infra castigaciones totius huius libri continet, nec brachijs parce, pro: parce. Ego vero etiam legendum con- iicio: expedita atque quadrata insita, pro: sortim quis vnus Vaticanorum codicum legat: quadrata; vt signifi- cet, tunicas illas subitus fuisse & quadratas insita; que fasciola erat tenuis, qua vestes subsuebantur, iux- ta illud Horatii: Quarum subluta talos tegit insita velte, quamquam sic adhuc imperfecta sit oratio, quales affectare solet hic Auctor, nisi forte quis sic emendandum existimet hunc locum, vt pro aduerbis adiectiua cum di- phthongia hac substituantur: prodiga, inuerecunda, parca, arte. quam coniecturam confirmare videntur duo Vaticani codices, qui legunt: parces. Facit autem ad in- tellectum huius loci quod scribit Hrabanus nosser de veru naturis lib. 21. cap. 8. Pallam esse quadrum pallium mu- liebre deductum vsque ad vestigia, adfixis in ordinem gem- mis circa huius indumenti sinem.

6. In viris atque extrinsecus habitus, &c.] Pulcre cum hic, vt postea pallij forma describit, hinc quia supra tunicas indueratur, ortum prouerbiu: tunica pal- lio propior. Eiculapius autem peculiariter colebatur in Africe, quod matre Panna crederetur genitus, vnde Pannegena vocatur iuxta Seruium apud Verg. Aeneid. 7.

7. Sic & in proximo soror ciuitas, &c.] Vticam intelligi recte diuisant Rhenanus, causam vero eius nun- cupationis esse existimo, quod & in eod. sinu, & a Tyris aque ac Carthago fuerit codita, vti latius in Adn. nostris ad dist. Concil. Carthage, sent. 89. vbi plura de hac ciuita- teque etiam infra vocatur Romana precequa; quod, cum vltro se dedidisset, Romanorum fuerit receptaculum.

8. & sicuti alibi in Africe, Tyros, &c.] Tut ita di- stinguendum est hoc membrum, vt ante Tyros, comma

ponatur, cum ea non in Africe, sed in Phoenice Africe ma- ioris sita fuerit; aut (quod magis placet) ex margine vix Tyros, in contextum erupit (iuxta quod censet vir erudi- tiss. Latinus Latinus in suis ad me missis obseruationibus) a sculo sortibus quopiam adposita, qui putauit per sorore ci- uitatem, Tyrum intelligi, qua potius parens dici deberet.

9. At cum secularium fortium variavit vna &c.] Hanc Turnebi coniecturam, pro eo quod erat: for- tiu domina fortuna, omnino confirmant Vatican codices tres, quorum duo quamproxime accedunt, tertius vero manifeste sic legit. Putabat tamē doct. Petr. Pithoeus scribi posse: At cum secularium fortium dominia fortunare Romanis Deus maluit. Metaphora autē ista est a sorti- bus solitis in urna mitti, versari, & educi, iuxta illud Sa- lomoni: Sortes mittuntur in urna, & a Domino disponu- tur. Vide Robertellus in Cicerone, vbi latissime persequitur modu sortes mittendi, & quibus in rebus sortes adhibeban- tur. Fortassis etiā adludit ad secularis ludos, quatuor qui primo anno 3. belli Punici celebrati sunt iuxta Varrone et Liniu; quippe qui sortibus in vna volutatis emitteren- tur in Circum Auzige, vt patet l. de Spectic. 16. n. 141.

10. vobis vero post iniuria beneficium & senium non fastigium, exemptis, &c.] Ex Vatic. codicib. fastigium, pro: fastidium legitur. Phrasi autem sua dixit Tertullian, exemptis senium, sicuti in- fra deusta Vulinius, crepta Pompeios; & iterum c. 4. crepidam aratus.

11. post Gracchi obscena omina, &c.] Historia ad qua alludit, sic se habet, Carthago XXII. anno post- quam per Scipionem Africanum iuniorum funditus ex- stitit fuerat, in vestigijs magna Carthaginis beneficio Po- puli Romani reedificari iussa est, & a G. Graccho Tribuno plebis deductis eo colonis Romanorum (teste Solino) Tuno- nia cognominata, sed non sine prodigio aut omine, vti Auctor loquitur. Nam mensores (inquit Orosius l. 5. c. 12. & ante eum Appianus. Alex. sub finem libri de bello Li- byco) ad limitandum Carthaginensium agrum misisti, sti- pites terminorum indices fixos, nocte a lupis reuulsos mor- diti que corrosos repererunt.

12. Post Lepidi violenta ludibria, post trinas Pompeij aras, & longas Caesaris moras, &c.] Vide- tur agere de varijs expeditionibus in Africe, tum Lepidi qui Sulla defuncto Mariane partis violentus adserior ex- stitit; tum Pompeij qui magnam stragem apud Vticam Carthaginis viciniam, cassis c. 13. 13 c. c. c. edidit, vti re- fert Orosius; tum Caesaris qui in bello Africano aduersus Iubam regem a XIII. Kal. Ianuar. ad Idus vsque Iunias (Hirtio teste) moris longas fecit. Per aras autem trinas Pompeij, illud intelligi conicio, quod ab Eris Philano- rum fratrum iuxta Elyppi promontorium, ad aras vsque Neptuni inter Hipponem & Vticam, Africam bello per- uicatus sit, nisi cui forte Carriom assentiri lubet, per tres aras, triplicem Pompeij triumphum intelligebat.

13. vbi moenia Statilius Taurus imposuit, &c.] Recte adnotauit Turnebus ius toge Carthaginensibus da- rum, tum cum a Statilio Tauro (Africe nempe II. Pro- consule, antea II. Consule) iterum deductis Roma colonis muro nouo cincta est Carthago. Alibi seu potius Sentio Saturnino vel Augure vel Pontifice qui postea etiā II. Consul fuit) eam inaugurante & solenne carmen effante, idque tum, cum iuuaret (iuuat enim, pro Iuba, ipse & Vatican codices legunt) concordia: pax, inquam, toto ter- rarum orbe Iano clauso III. aut IIII. sub Augusto Cesare, nam & iussu Augusti Carthaginem denuo edificata re- statur Appianus vbi supra. Atqui Togam pulcre

TULLIANUS
omnibus
libris
AV
16

describit Petrus Crinitus de hon. disc. lib. 3. c. 7.

14. à Pelagis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, &c.] Græci (inquit Turnebus) quendam Tebinum Arcadem togæ Romanæ inuentorem prædicant, qui primus id genus vestis gesserit, & sinum Ionicum nau ingressus in Italiam uenit, & vestimentum propagari, unde & togam Thyrivam appellatam fuisse scribunt de inuictoris nomine. Quum autem Arcadia olim Pelagos dicta sit, videtur alia Auctoris sententia, ut nempe non per Arcadem aliquem Euanthi Regis comitem, sed potius per Lydos qui Tyrenis diuice Etruriâ occuparunt, in Italia toga introducta sit; eosdè Lydos, à quibus ludos dictos & institutos contèdit infra lib. de Spect. T. 2. Porro phrasès hic adnotatæ: cinctu arbitrate, & tabulata cõgregatione.

15. vel temporalitas vestit.] Turn. censet legèdum: vertit, sed mihi magis placet prior, & Vaticanorum codicum lectio, e quibus paulo post substitui: & quidem, pro: equidem.

16. Nam & Arietem non quem Labeus, &c.] De Labeo Mimographo latinus infra in Apologetico, ad cuius verba plerunque diuina alludit Auctor, quibus Arietè reciprocicornè & lanicutè nominat, eo quod (interprete Crinito lib. 19. de hon. disc. c. 5.) id animal reciprocè & obrotæ cornua habeat. qui quidè legitur: sed trahitrem, & haud absimiliter Vaticanis duo cod. textitrahū, pro eo quod est: & testitrahū; sed magis placet hæc lectio, in quod testes trahere videtur Ariet animal, tum quod sequatur in eadem Parenthesi: sed trabes, &c. consentiente necum etiam Turnebo, nisi malit quis legere cum Vaticanis. uno textitrahū: quod trahat lanis quibus textitur alia materies. ad quod accedit lectio Scaligeri in Varonem: vestitrahū. Atqui pulchrè locum hunc interpretatur Turn. Aduers. lib. 23. c. 30. & l. 29. c. 18. & præsertim ubi supra. Arietem, inquit, machinam oppugnatoriam Plinius quidem dicit bello Troiano, ab Epeo inuentam, cui primò equus nomen fuerit: sed cum Auctore consentiunt Pausanias & Virgilius eius interpres in hæc verba: Carthaginenses ad Gades oppugnandus castris positis, cum castris ante cepissent, nec haberet ferramenta ad eius demolitionem, sumserunt signum, idque manibus sustinèntes, capiteque eius summū murum continerè pulsantes, summū ordinis lapides deieciènt, atque ita gradatim totam munitionem dissipauerūt. Postea faber quidam Tyrius, nomine Pephasthenos, hac ratione et inuentione inductus, malo statuto, ex eo alterū transuersum uti trutinam suspensit, & reducendo & impellendo vehementibus plagis deiecit, atque hoc est quod addit Auctor noster sane pereleganter: in oscillum penduli impetus.

17. Quædam dicit hemistichium est Virgilianis Aeneid. 1. studiis asperissima belli, ita etiã illud ex eiusd. Aeneid. 3. Tantum xui longinqua valet mutare vetustas. Porro vox vetus & phrasès adnotata digna: vltimarent, ac: frangere militat.

18. in oscillum pèduli impetus, &c.] Nã quamuis oscilla sint parua sigilla in effigiem humanam arte simulata, ut scribit Macrobius, & imaginicula qua infantibus præbentur ad lusum; tamen oscilla etiã dicebantur quæ a iocog. Et effigies, id est, pensiles quædam gestationes de arboribus suspensæ, in quibus pueri diebus festis apud Athenienses per lusum iactabantur, atque ea iactatio Oscillatio dicebatur, quæ sepe iactantes impositi transuerso signo de arbore suspensæ, alternis se mutuo que subieciabant deprimebantque. Quod etiam genus lusus per sex Latinarum feriarum dies celebrari solebat in memoriâ & imaginem vitæ humanæ, in qua altissima interdum in infi-

num deiciuntur, infima in altum efferuntur & euehuntur. Festus autem, e quo pleraque hic descripta sunt, inde dictum putat, quod oscillens, id est inclinet precipitesque in os feratur. Vbi vide Adnot. tum aliorum, tum Scaligeri, & huius eiusdè in Ariston. Virgilius ad simile Oscillatione in Liberalibus fieri solis à aliud hoc versu Georg. 2.

Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu; quem etsi alij aliter interpretetur, ita debere intelligi, confirmatur ex dictorum Atheniensium more, qui in Bacchanalibus a iocog. celebrabant. Eodem autè modo mundus ex axe pendens, Oscillum vocat Tertullianus infra lib. de Anima.

C A P. II.

19. Sit nunc aliunde res, &c.] Hic secundum huius libri caput non absurde quis suspicetur, quo ostendit, non debere videri nouam vestis mutatione ex rerum omnium, imò & mundi ipsius mutatione, quæ fungi, id est paulatim interire dicit (neque enim placet quod vnus codex Vaticanus: stringitur, legit, pro: fungitur) sine quis cum Anaximandro plures mundos faciat, siue cum Sileno sentiat, qui de alio orbe Midæ regi apud Mæropes blatre, id est, in condite loqui non sit verum, siue denique cum Platone, qui ex diversis substantiis mundum conficit. Atqui Platonis opera passim existant. De Sileni hæc sententia latinus infra T. 3. lib. aduersus Hermodem, & de Anaximandro in Apologetico; hoc vnus hic addit, quod trahet has Anaximandri & Platonis sententias Theodoret. l. 4. de Græc. affect. curat. Legimus verò cum Gægæo & Geleno: Sed & si quem, pro eo quod alij: Sed & ipsi quæ: & ex Vaticanis. cod. 3. emendauimus: & diuersitatibus, pro: ex. Adnotanda etiã hæc Tertull. voces et phrasès: viderit (de qua in Adn. nostris in Cyprianum sapientis) vices fœderat, & corporatus.

20. Noltra certè metatio, &c.] De Metaphora hæc, quæ mundum subluarem intelligit Tertullianus, sepius visitata, vide Adn. nostras in Cypriano, epist. 22. Eleganter etiam oculos Homericos, id est cæcos nunquam, quippe quum ille ea de causâ id nominis sortitus fuerit.

21. Sol fictionibus annuis, Luna, &c.] Ita distinguendam hanc periodum rectè adnotauit Latinus. Millilia verò fulgura intelligit. Substillū interpretatur Paulus apud Festum, tempus ante pluiam iam penè uentis, & post pluiam non perspicuum, quod iam stillat, aut uentis desierit. Atqui videtur hic imitatus Auctor Varonem de lingua Latina lib. 8. ubi similiter comprobatur non absurdam esse vocum mutationem, quum & calum & terra & aer & mare sepe variant.

22. de flustris temperatū & extemplo de decumanis, &c.] Flustra dicitur, inquit Festus, cum in mari fluctus non mouentur: Decumani vero fluctus dicuntur, qui maximi (vbi adnotauit Rhenanus.) nam & eorum decimū maius nascitur, inquit Festus. Politianus vero distell. c. 86. addit etiam scuta amplissima decumana occupari, & decumanam in castris portam, quæ ab hoste auersa est, ac decumanū in agro limitem, qui ab oriente est ad occasu: citans de fluctu decumano Ouid. 1. Trist. & II. Metam. Silium Italici. l. 14. Senec. in Trag. Argemnonne, Lucan. 5. l. Pharsal. & Val. Flaccu. 2. l. Argemnonne.

23. Sic & terram si recentefas, temporatim veltari amantem, prope sis, &c.] Turnebus legendum emendat: verti variatè, prope possis; sed placet prior lectio, magis Tertullianica, maxime consentientibus Vaticanis exemplaribus. Paulo post ex emendatione Latinæ, confirmat usdem codic. reposuimus: montium scapula; pro: scapula. Est vero noue dictum: ebullando.

24. Mut-

24. Mutavit & totus orbis, &c.] Mutavit, & infra, Mutat, ac aduers. Valentinianos, mutabit; absolute accipi adnotat Rhenanus; addens: buccinas minores esse conchas quas buccina vocat Plinius, ad similitudinem eius buccini quo sonus editur, unde ex rotunditate orbis in margine incisa illi nomen est; verbis mutuat is ex libro 9. nat. hist. cap. 36. Tacite autem pingit Auctor Platonem, samquam qui non crediderit ardua fluitasse. Quod repetit in Apologetico cap. 40. ubi de eo latius. Atqui vnus cod. Vatic. in forma mutauit, pro; infirma; sed placet quod Latinus legit: infirma, agit autem de diluuiis.

25. Nulla iam Delos, Rhene, Samos; & illa, si non mendax Plato, in Atlantico Lybiam & Asiam adaequans quaeritur nunc, &c.] ita hunc locum restituit Turnebus partim ex coniectura, partim ex Apologetico Tertull. infra pro eo quod erat: & Sybilla non mendax, Eon in Atlantico, nam & Plato (inquit) in Timaeo scribit, in mari Atlantico insulam ingentem submersam, & insulam exiguam Delo vicinam commemorat Stephanus, cui nomen Rhene. Ego verò malui retinere: harenae Samos: eò quod haec insula Plinio recte repente emari emergerit; & veriorum puto lectionem: & si ille non mendax. (Plato nempe cuius paulo ante facta est mentio) Eon, ut ironice adulat ad Aeonas Valentinianorum signentis plenos è schola Platonis profectos, Pro quo facere videtur illud Tertulliani infra Tom. 3. lib. adu. Valentin. insulam Feliculam credas, tanta tabulata caelorum, nescio vbi. Atqui de harum aliarum que insularum interitus ac Sicilia insula ex continente, latius infra in Apolog. ad cap. 40. ubi istud demò verbis Tertullianus vitur. Et vero: nomen vitij quod plaga illa discidij mari inhaeruit, aut, ut Vatic. cod. imbuuit, intellego Rhegium, quipp: quod Graecè obrutum significet. Fretum nempe inter Sicilia n. & Italiam ita dictum; quod, quum antea coniuncta essent, medium illud spatium aquis obrutum esset, & per angustiam scissum, sicuti ex Sallustio citat Isidor. Etym. lib. 4. in voce: Sicilia, ad Seruio mutatus.

26. Patitur & còrines, de caelo, aut de suo, &c.] De caelo exempla profert, mare mortuum in Palestina iuxta Iordanem, ortum ex conflagratione caelesti Sodome & Gomorrhæ, ac Vulfinios Tuscias, de suo vero, id est ex montium incendio Pompeios Campanie oppidum, de quibus latius infra in Apologetico.

27. Et solus audiebat,] Videtur similis phrasis qualis paulo post: & sicubi aliqua gens occuparat, sibi met soli erat, & infra Tom. 3. lib. adu. Hermo. cap. 3. Nam Deus sibi erat, nisi malit quis ex coniectura Carriensis legere, & sol sua videbat.

28. Vinam & Asia, & Africa, &c.] Subindicat contigisse eiusmodi conflagrationes, non solum in Europa sed & in Asia & in Africa, duabus reliquis orbis partibus. De illa scribit Plin. hist. nat. lib. 2. cap. 86. Tiberij Cesaris principatu xlii. (imo secundum Euseb. Chron. xlii.) Asia vrbes una nocte postatas, maximo (inquit) memoria hominum terre motu; quem eundem fuisse qui in passione Domini contigit recte sentit Orf. lib. 7. cap. 4. qui post Eusebium etiam sub Traiano Cesare 4. Asia ciuitates subuersas narrat, Graecie duas, & Galatia tres. De Africa & Thracia terre motibus alicubi meminit D. Augustinus; Euseb. anno Traiani 16. addit Anchiochenum terre motum in Syria que Africa conturbatur, & sub Hadriano Nicopolis ac Casarea. Vide autem plura orbis detrimenta quibus suis mutati sunt dicto lib. nat. hist. apud Plinium.

29. Vnicis castris fraudatis expiata,] Edit. 1. Thu-

nica castris, sed prior lectio confirmatur ex manuscripto. Videtur alludere ad Plin. lib. 2. nat. hist. cap. 86. Creberimus inquit, Panico bello, intra eundem annum septies atque quinquages nuntiatum Romam terre motus. Quo quidem anno ad Thrasimenum lacum dimicantes, maximum motum neque Panni sensere neque Romani. Quod ipsum repetit latius Orf. lib. 4. c. 15.

30. Regnorum vices, &c.] Regnorum vices iam inde à Nino Beli Progenie ultra quem stilus non solet scriptorum extendi (qua vox aut similis hic suppleri debet ut perfecta sit oratio) videre est apud Eusebium in chronico, qui prater Hebraeorum regnum quod ab ipso mundi natalibus cepisse constat, ab Assyriorum, Syconiarum, & Aegyptiorum regnis auspiciatur; Argiurum deinde Atheniensiumque adiciens reges, & Argiurum deficientibus Myconiarum, inde Latinarum; Syconijs Lacedaemiorum regna subiiciens; & Corinthiorum dynastias coniungens; deinceps Medorum deinceps Assyrijs & post Lacedaemias Macedonum, ac deficientibus regibus, Corinthijs Lydonum, Latinisque Romanorum, ac Media deinceps Persarum, imperia per Olympiades profertur. Post haec, Atheniensium primo, deinde Lydonum inde Aegypti regnorum occasu indicato & regibus expulsis ad Consulatus Romae redacta Rep. rursus renatam, Aegyptiorum sine Alexandrinorum dynastiam profertur, deinde translatum imperium casu Dario a Persis ad Macedonas & per Alexandri Magni obitum dispersionem in regna varia Aegypti, Syriae, & Asiae, tandemque sub Augusto Cesare vni Romano Imperio cessisse perquam eleganter demonstrat. Nec minus egregie D. August. toto lib. 18. de Ciuit. Dei, & suis in illum Anotat. Ludo. Vices.

31. si tamen Ninus regnauit primus,] Quod Ninus primus non regnauerit alias latior dicendi se campus offerret. hoc vnum hic adiciam quod Iustinus hist. lib. 1. antiquiores Nino fuisse dicit Sesostrem Aegypti & Tanaem Scythia reges, & Scythias Asiam per mille quingentos annos veltigalem fuisse, donec tribuit Ninus Assyriorum rex finem fecit. Var. autem cod. legunt: si forte cui historiae pateant, pro eo quod alij: si forte aui.

32. alias verifera compensato redit, &c.] Quomodo Delos de qua supra & Rhodos de qua in Apologetico, aliaque multae insulae semel absorptae aut nunquam antea conspexerunt, apparuerunt denso, aut recens eratae sint, late profertur Plinius dicto lib. 2. nat. hist. deinde per eam quam profertur gentium transmigrationem verifera illam compensatam satis probat, qui sit ut omnino confirmem coniecturam Turn. qui consequenter legit.

33. Nam & primitijs, (sua potius iuxta 3. Vatic. cod. primitus) maiore ambitu terra casta,] pro eo quod erat: iam & primitijs maiorem ambitum. Atqui: runcare, euellere est, rursus querere Nonio, crebro querere Eest; iuxta illud Glassarij: ut latebris rufpans rimer maritimus, ac si dicat Auctor, ibi truncatam copiam ubi abundabat, & nouas sedes quaesitus ubi deserta erat populis regio; qui eleganter dixit: per vbique orbis; at; vrbes ex vrbibus pangerentur, quod clarius dixit Auctor infra Tom. 3. lib. de Anima: Inuenimus (inquit) apud commentarios humanarum antiquitatum paulatim humanum genus exuberasse, dum Aborigines vel vagi, vel extorres, vel gloriosi quique occupant terras &c. dum sollempnes etiam migrationes quas ue toxias appellant, consilio exonerandae popularitatis in alios fines examina gentis eructant, &c. ne prolixiores simus hoc vno addito, quod

similiter ibi dixerit: saxa panguntur.

34. Scythæ exuberant in Perlas, Ex coniectura Turnebi adicit: in Vatic. cod. & I. edit. legunt: Maschitæ, pro quo si substituitur: Massagetæ, tolerari poterit. De Scytharum vero examinibus in Perlas translatis nominatim hæcenus non licuit quid reperire. Videtur igitur cum D. Epiphano, Iustino, & Plinio Auctor sentire, quorum hic histor. nat. lib. 6. cap. 17. Scythas omnium hominum primos facit; Epiph. omnes eos qui post diluuium à Noë filijs processerant, ad Babylonicam usque turris edificationem, Scythas dicit appellatos. Iustinus causam etiam addit, quod editior sit terris detecta, quod vel inde confirmatur quod D. Hieronymus montes Ararat in quibus arca quiescit interpretetur montem Caucasum qui est in Scythiæ finibus, & quod, Hrabanus dict. oper. de nat. rer. lib. 12. cap. 3. dicat Nemroth gigantem in Persidem abisse post linguarum cõfusionem: idque Perlas ignem colere docuisse. Aut certe Perlarum nomine Parthos intelligit, quippe quod ita dictos autumat Iustinus hist. lib. 42. eo quod exules Scytharum fuerint, & lib. 1. à Scythis condita adfirmat Parthicum & Bactrianum imperia. Quam coniecturam probabilem magis reddidit quod Hrabanus lib. 6. cap. supracitatis sub Parthico regno Persidem comprehendit. & vero posterius hoc indicat ipse Auctor loco citato, ubi subiungit exempli gratia: ut Scythæ in Parthicas, terras nempe Ludouicus ramentum Carri dicebat ex corrupta scriptura librorum Vaticanorum legendum videri: Macetæ: pro; Macedonibus, de quo iudicat lector.

35. Phœnicæ in Africam eructant, De Carthagine à Phœnicibus in Africa condita loquitur, quod ipsædem verbis repetit Auctor infra lib. de Anima.

36. Romanos Phryges pariunt, Nota est historia de Romanorum origine ex Phrygibus Troianorum nempe reliquijs, Aenea & posteris.

37. Chaldaem semen in Aegyptum educatur, &c. Turneb. ex coniectura educitur pro; educatur; nec multum dissentit quod Vatic. i. cod. legit; adducitur, verum educari pro educi familiare est Auctori lib. de Vel. virg. Atqui sacris literis plus sacis hoc innatuit, quod non nisi post exitum ex Aegypto Iudæa gens cognominata sit populus seu filij Israël, adludit interim ad illud Psalmi 113. In exitu Israël de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro facta est Iudæa sanctificatio eius.

38. Sic & Herculeæ posteritas, qui Temeno pariter, &c. Adnotauit Turneb. malle se legere, Tifameno pullo; quia regnante Orestis filio Tifameno, Pausania & Eusebio in chron. testibus, Heraclidarum in Peloponnesum descensus contigit. Sed refragatur idem Pausanias, quippe qui lib. 3. quem Laconica inscripsit, dicit regni factione quadam diuisum, idque à Messenij Temeno, ab Argiuis Cresponti delatum. Rectè proinde Tertullian. Temeno pariter id est, cum Temeno Peloponnesum occupando producant. Qui interim loco supracitato lib. de Anima, Menidas, vocat quos hic Herculeam posteritatem, de quo ibi latius.

39. Sic & Iones Nilei comites Asiam, &c. Iounum ab Athenis emigrationem, quos proinde Auctor nuncupat Athenienses, qui antea eo confugerant, factam scribit Euseb. in chron. anno 100. post Troia captiuitatem inter quos & Homerum secundæ sententiam Aristarchi, secundum Philochorum vero anno 180. Ab his Ionia cognominata regio Asia minoris, qua est inter Cariam & Eoliam, in qua inter ceteras urbes collocat Ephesum &

Smynam Plinius lib. 5. cap. 29.

40. sic & Corinthij cum Archia muniunt Syraculas, De conditis Syraculis in Sicilia ab Archia, vide Diodorum Siculum, & Siciliam Huberti Goltzj.

41. Quantum vrbium aut produxit, aut auxit aut reddidit præsentis Imperij triplex virtus, &c. Rhenani coniecturam de triplici Imperij virtute, tribus (inquam) Augustis Severo, Nigro, & Albino satis superque refellit Pescennij Nigri interfectio, iam ante initium imperium à Severo; quum potius intelligi debere Severum Imper. & Antoninũ eius filium ac Albinum Cæsares, latius in vita Auctoris nostri deduximus, ad quam lectorem remittimus. Rectè interim hinc colligit Rhen. scriptum esse hunc ante librum ad Scapulam, & proinde etiam ante Apologeticum, in quibus Albinianorum meminit, tanquam qui cum Albino in Severum Imperatorem conspirassent.

42. eradicato omni aconito, &c. Palchra metaphora, de Aconito, vide Plinium lib. 27. cap. 2. cactus autem quam cum rubo coniungit Auct. byberba est aulecta, qua ve adnotat Turn. Plinio teste in Sicilia nascitur, cuius etiam meminerunt Theophrastus in quodam Eiddis, Theophrastus & Athenæus.

43. super Alcinoi pomum & Midæ rosetum, &c. Pomaria Alcinoi regis in Coryra insula celebrantur à Plinio lib. 19. cap. 4. meminit etiam Homerus lib. 7. Odiss. cuius ipsa verba citantur à Iustin. mart. Adiuuantes ad similitudinem paradisi exprimendam. Videtur autem Midas rex in Phrygia celebre habuisse, rosetum, quippe quum etiam infra Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 14. dicat Auctor: centenarijs rotis ex horto Midæ lectis.

CAP. III.

44. Mutant & bestia pro veste formam, &c. Tertium, qui ita vult distinguere, libri huius caput hic merito collocabit, in quo institutum sum Auctor probatur, quod animantia quædã formam suam mutant, tum quod non modo primis generis humani parens vestem non semel mutarit pro necessitate, sed paulatim pro mollicie & ornatu variæ indumentorum formæ, inter quas & Pallium, promulgata fuerint.

45. Quamquam & Pauo, &c. Pauum elegantius describit; ut pote quod illi vestis pluma, & quidem de caraculis (id est mea quidem sententia apta conficiendis accubitis, quibus, inquam, ad accumbendum crebantur, quæ molli pluma replebantur, veluti ex Heliodorali vita patere scribit Turn.) omni conchylio depressior; omni patagio, id est aureo clauo iuxta Nonium qui vesti immitti solet, seminis vstrato, ad instar lati clauis rorum; (clauum autem interpretatur in Varronem Scalliger plagulam quæ ab humeris in pectus demittebatur, clauis quibusdam consista) inauratior; & omni symmate solutior, facit autem ad intellectum huius loci Plin. lib. 10. nat. hist. cap. 20.

46. Nominandus est & serpens, &c. Quod hic de serpente, Ouid. 7. metam. de dracone refert mutare esse pellem in senectæ. Isidorus in Etymol. & Hraban. de nat. rer. lib. 8. cap. 3. Tertulliano consentiunt. Hinc natum prouerbum: pellem mutare. Atqui quemadmodum ex coniectura Latinij legimus: in angusta se stipat; pro in angustias stipat; ita etiã Turn. sequitur: nouum se explicat; pro: nouus explicat. Et si Carioni videbatur prisca scriptura retinenda, & ubique ita accipiende, et supra voces illæ mutat, vestit. & infra; suspendit,

exterminat: alique voces Tertulliano familiares. Emen-
dauimus etiam cum Latino: recuratur; pro eo quod
erat in quibusdam cod. recurlantur; in alijs: recu-
lantur.

47. Hiæna, si obserues, sexus annalis est, &c.]
Ita emendauimus ex 2. Vatic. cod. pro: Hienam, atqui
hanc opinionem vulg. esse adserit Plinius lib. 8. cap. 30.
sed negari ab Aristotele, idque l. 3. $\alpha\pi\epsilon\iota\ \xi\omega\omega\ \gamma\epsilon\upsilon\sigma\tau\omega\omega$.
Hanc tamen sententiam sequuntur Ouid. metam. 15. Orus
Apollo, & Alianus, qui Hiæna serpenti id adtribuunt.

48. Taceo ceruum, &c.] Huc pertinet illud Hra-
bani de nat. rer. lib. 7. cap. 8. Cerui serpentum inimici,
cum sese grauatos infirmitate (quod Terrull. in senectute
dicit) perferant, spiritu narium eos extrahit de cavernis
& superata pernicie veneni, eorum pabulo reparantur.

49. Est & quadrupes tardigrada, &c.] Pulcherrima
& admodum grandiloqua pusilla Chamaleontis
descriptio, versiculum autem cuius capax est hæc bestiola,
Pacumanus est, et a Cicrone l. de diuinat. de iuxta quod
adnotat recte Rhenan., cum alijs duobus sic refertur.

Sanguine cassâ domiporta, terrigena traditur;

Quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera;
Capite breui, ceruice angustina, affectu truci.

Adit Crinitus de bon. disc. l. 1. c. 7.

Eusferata inanima cum animali sono, facit etiam in-
tellectum huius loci quod habet Plin. nat. hist. l. 8. c. 33.
de Chamaleonte, cuius inter cetera hæc sunt verba:
figura & magnitudine lacerta erat, nisi crura es-
sent recta & excelliora, motus tardior vt testudi-
ni, corpus asperum vt crocodilo, oculi in recessu
caui tenui discrimine prægrandes, & corpori con-
colores: nunquam eos operit, nec pupillâ mouet,
sed totius oculi versatione semper adipicit. Solus
animalium nec cibo, nec potu, neque alio quâ æ-
ris alimêto nutritur. & coloris natura mirabilior:
mutat namque eum subinde & oculis & cauda, &
toto corpore: reddatque semper quæcumque pro-
ximè attingit, præter rubrum candidumque. Hoc
est enim quod obicere dicit Auctor: vt quid accessit,
inde suffunditur. Eodem pertinet quod Rex Theodori-
cus Ostrogastus epist. per Rhenan. citata ad Abundantiũ
dicit: colores suos multifaria qualitate cõmutat, vt
modo Veneta, modo blattea, modo Præfina, modo
possit Cyanea reperiri. Atqui ex cõiectura Lud. Car-
rinis emendauimus: & Græciã nominis: pro & Græciã
nominis aut: gratiam nominis vti castigauit Turneb.
& addidimus: l. c. vbi nunc legitur: Vix se a terra suspē-
dit. Vaticani codices paulo post rectè legunt: indefectus;
pro indefessus. Contrario enim sensu Auctor adiectiua
voce: defectus nõ semel vitetur. Exempli gratia l. de Fel.
Virg. c. 8. & nulla sui parte defectũ. Idem: Stillicans,
pro: follicans; sed placet magis vulgata lectio, præsertim
quam D. Hieron. (vbi rectè adnotat Rhen.) caligis folli-
cantes, id est, distentis nominet ad Eustoch. de cust. virg.
Porro Prouerbium illud: de corio suo ludere; traditur
(inquit Crinitus de honest. disc. l. 18. c. ult.) de iis homini-
bus qui ad omnia commode atque aptissime se habent,
quod in Athemensem Alcibiadem relatum est.

50. Multa dicendum fuit, vt ad hominem præ-
structum perueniretur] Phrasis vetus Tertulliano fa-
miliaris, vti & potitur; cum accusatiuo, ac: extermi-
nat, absoluit. Hominis autem primi Adami eam muta-
tionem adferre, quod primum inuestis creatus sit, deinde
post sapientiam haud dum licitam, id est, post scien-
tiam boni & mali, ficulneis folijs circumdatus, deni-

que quum paradiso pelleretur ob delictum, pellitus orbi
vt metallo, id est, ad instar eorum qui ad metalla dam-
nantur, datus sit.

51. Sed arcana ista nec omnium nosse] Locis insi-
gnis veteribus vstratis, de sacris scripturis non cuius pro-
palandis.

52. Et Alexander digerit & Afer legit, &c.] Vat.
2. cod. mater pro: Afer. Alexandrũ videtur mihi intel-
ligere Polyhistorum, & Dionysium Afrum.

53. Ea tempestate Osiridis, &c.] Apis Argiuorũ
rex III. post diluuium sub Ogige rege Euseb. in chron. Io-
nis ex Niobe Inachi filia filius, postquam fratri Egialeo
id regni reliquisset, in Ægyptum profectus etiam Osiris
nuncupatus est, & post obitum Serapis, hacigitur tempe-
state sentit Tertull. quum ad illum venit Ammon ouium
pastor, idem qui Ioui Hammoni templum cõstruxit Mer-
curium lanificij seu lanitij autorem fuisse, quod confir-
mat Plin. nat. hist. l. 7. c. 56. dum Ægyptus rexilia Er-
rachne linis & retia adtribuit. alij Minerva. Hinc factum
vt Ouid. fabuletur 6. Metam. de certamine Minerva &
Arachnes. Atqui: Valit. vox est antiqua, pro euafit.

pro: deglubasse oueculam: conuicit legendum Turn. de-
libasse: & videtur eodem alludere quod habent Vat. cod.
dilatasse: verum malui retinere cu Latino: diglubasse,
eo quod hic sacrificij nulla mentio, sed hoc dixisset quod
ad usum vestis oueculam diglubarit. Vat. autem cod.
legunt paulo post: Philyra tenui iunxerat pro vinxerat.

vbi improprie accipitur, Philyra. ad similitudinem bra-
ctearum ex Phylita cõfectarum sive lemniscorum, de qui-
bus infra lib. de Cor. milit. c. 12.

54. Nec de ouilibus dico Milesijs & Selgicis & al-
tinis.] Milefia vellera rã à Virgilio Georg. 3. rã ab Ho-
ratio alicubi celebrantur. Selga (vt adnotat Rhen.) Pifida-
rii vrbs est qui Licia Ciliciaque cõtermini sunt. Altinates
lanas laudat Columella l. 7. c. 2. eadem & Tarentinas in
Apulia sive Calabria: quibus infra Martialis hoc disticho:
Velleribus primis Apulia, Parma secundis
Nobilis, Altinum tertia laudat ouis.

Vide Adm. in lib. de hab. Virg. Tom. 2. infra.

55. Aut quis Tarentum vel Bœtica cluet, &c.]
Ex cõiectura lego: quis pro quibus; vt constat sensus, ac
si dicat: quibus Tarentum & Bœtica cluet, id est,
celebratur ac pollet. nam ita accipitur (vt rectè adnotauit.
Fabricius in Doct. Christ.) apud Alcinum & Pruden-
tium: cuius est illud: prædiuite cultu, Illustrata cluis.
De alia eius significatione infra latius, vbi de Cluacina
dea erit sermo. Taretũ in Calabria est; Bœtica Hispania
regio, vnde etiamnum lana natura color ste aduehantur.

56. Nam & de mari vellera quæ, &c.] Turne-
bus censet legendum: queis, sed placet vulgata lectio. At-
qui de purpura quomodo inuenta sit à Tyro nympha, cuius
amore captus fuerit Hercules, ex Nonno Greco poeta &
Polluce lib. 1. ad Commodum, pulchrè deducit Politianus
miscel. cap. 12.

57. Prorsus haud laret bombycem] facit ad huius
loci intellectum quod habet Clem. Alexand. Pædag. lib.
2. Est inquit, bombyx primum vermis, deinde aspera: ex
eo nascitur crucea; postquam in tertia metamorphosi inno-
uatur papilio, quem nonnulli Græci appellat vexũ $\delta\epsilon\lambda\omega\varsigma$
ex quo longum stamen nascitur, quod clarius etiam narrat
Plin. lib. 11. nat. hist. cap. 22. atquin distendit neutrali-
ter accipitur, pro; distenditur; & iuxta quod adnotauit
Gagnæus; idonius, aduerbialiter. Turneb. autem censet
legendum: animata iam stamina euolues, & Vat.
cod. legunt: volues, pro eo quod est: animata iam stami-

nè alio; sed placet vulgata lectio. Emendauimus vero in-
xtra phrasim Tertullianicam: proinde, pro: perinde.

58. Tantam igitur paraturam materiarum, &c.]
Ita restituit hunc locum primus Rhenanus ex codice Gor-
tensi, adnotans has voces Tertullianicas: paratura; gen-
tilitus, id est secundum gentis cuiusque morem. passiu-
tus: pro; passim; & paulopost; planitus, pro: de plano.
his adde: incommunes, pro: peculiatas.

59. Idem Cato, &c.] De Catone maiore loquitur.
nam quantum oderat (inquit Vives ad cap. 23. lib. 1. D.
Aug. de Ciuit. Dei.) Græcos proauus M. Porcius Cato,
tantum dilexit eius pronepos Cato minor Vticensis co-
gnominatus.

CAPVT IIII.

60. Quid nunc? si est Romanitas omnia alia,
nec vestis; tamen admodum Græci estis. Anne ita
est? Caput quartum rectè huius libri quis hic collocarit;
quo docet probro ueriti non posse habitus mutationem sed
natura & rectè discipline; pulchrè pudenda æthnicorum
facta commemorans. Atqui cum & prima editio, tum
hac periodo tum sepius alibi esset mendosissima; plus de-
bent studiosi Sigisfrundo Gelenio, quam quis opinetur;
quod manifestum erit si quis conferre uolet primam Ter-
tulliani editionem anni 1521. cum secunda editione anni
1539. Pulchrè itaque, exempli gratia, & hunc locum re-
stituit pro eo quod erat, Quid nunc si & Romanitas
omnium salus tamè admodum Græci estis. ego inter-
rum aliter paulo distinxit hunc locum: & pro; At non ita
est; substituit; Anne, eo quod tum 1. edit. tum. Vatic. cod.
legant; Aut ne notari autem digna vox Romanitas.

61. Vnde gentium, &c.] Et si dicat? Numquid à
Græci studia palestra ad prouinciam uestram antea me-
lius exercitiam transierunt? Verum de his latius Tom.
2. lib. de Spectaculis. Ex Vatic. cod. restituit: incassum la-
borantia; pro; cassum.

62. Vnde apud aliquos Numidas, &c.] Molliti-
ciem Aforum notat; quod cum olim cesariati fuerint
etiam equis Numida, iam comam & barbam radant, &
sic etiam in Europam & Africam irruerint. Atque mun-
ditiæ exoticæ, siue (ut uisus Vat. cod.) Xysticæ, ut al-
ludat ad gladiatores qui etiam totum corpus radebant.
nam Suetonius in Aug. cap. 47. Xysticorum concertationes
gladiatorias uocat. facit autem ad huius loci intelle-
ctum & alterius infra Tom. 2. de cultu femin. ubi etiam
de uirorū barbis agit; quod habet Iulius Comm. de Coma.
cap. 2. sensus fuisse obseruatos ab antiquis modos, quibus
crinum siluam tollerent, nam aut rundeabant forficula;
aut radebant nouacula (de quibus hic dicitur; iuxta cu-
tem tonsor & cultri vertex.) aut deglabratorij me-
dicamentis extringebant; aut pice resinaue (hinc illud;
rapax ab ala resina) extripabant; aut denique uolcellis
(hinc; furax à mente uolcella) eradicabant. Vbi etiam
uidere est quomodo ex Asia mollicies hæc emanarit cum
narrat ex Chrysippo à Persis ad Alexandrum magnum,
inde eadem pene atate Romanorum uirtute in Asiaticam
luxuriam degenerante (testibus Varro lib. 3. de re Rust.
& Plinio lib. 7. nat. hist. cap. 59.) CCCCLIV. anno ab
urbe condita primum Romam ex Sicilia tonsores euocatos.

63. Græcatim depallari.] mira phrasim, sicuti &
infra: nisi aurum Græcatos minime decet; & rur-
sum: crepidæ Græcate (seu potius, cretate) Græca-
tim Esculapio adulantur. Videtur autem Græcatim
accipi; pro: Græco ritu; & depallari (quod legendum
puto pro eo quod erat: depallari) idem esse quod antea di-
xur; sine pallio fieri, ac si dicat: cur potius Græcos imita-

mini in demudando capillis corpore quam in amiccendo.

64. Naturam itaque concussit Larillaus heros,
&c.] Achillem intelligit, uti rectè Rhenanus, ostendit-
que una etymologiam nominis. Aium enim appellatum
Achillem dicitur τὸ ἐν ἠγχεῖν κείλεσσι χάλκῳ, ὁ ἐπὶ
τῷ ὀφθαλμῷ; hoc est, ob id quod labijs nutrimentum non atti-
gerit. nam illi lactis alimonia defuit, à Chirone medullis
tantum ceruicis enutrito. Proinde Myrmidones hoc eum
nomine uocauerunt, ut auctor est Euphorion. Atque hoc
est quod Tertullianus dicit illum vacuisse labijs ab
uerberum gustu, id est non fuisse lac nutritrici, nam usur-
pat, vacuerat, more suo, pro; vacauerat quod tamen le-
git Vatic. 1. & Latinus. Atqui Scrupream Icholam,
saxeam Latrum Chironis intelligit. historia, quam hic
attingit ex varijs auctoribus hæc colligitur. Cum mater
Thetis à Proteo uate audisset, in expeditione Troiana pe-
ruriturum se eo cum Græcis proficisceretur; iam aditum in-
ter filias regis Lycomedis in Syro Agæi maris insula puellari
habitu primò occultit. atque hæc tunc ferenda
(inquit Tertull.) matris sollicitudo; at illud uirga-
rio dignum, quod etiam postquam clanculum Deda-
miam hospitij sui filia uisitasset & ex ea Pyrrhum susce-
pisset, adhuc & stolam muliebrem & reliqua forme
nociua (que eisdem penè uerbis enarrat Auctor lib. de
cultu feminar.) adhuc contra naturam usurparit, uti sta-
tua eius apud Sigæum, ubi sepultus est, satis indicat. &
nihilominus ex femina iterum uir factus sit quum accepti
oraculo Troiam sine Achille uinci non posse, Phylis inter
merces femineæ galcan scutum gladiumque immisit, ut
ipse ad arma profectus; ferrum (inquit Tertull.) uir-
rum attrahit; quod contra salutem fecisse eum constat.
nam sagitta à Paride in Apollinis Tymbræi templo in-
terfectus est. Est autem, ut monuit Carrio, Homeri hemi-
stichium: οδυσσ. π. in oratione Phylis ad Telemachum
αὐτὸς γὰρ ἐπέλεγε τὰ ἄνδρα σιδῆρος. quod ipsum
sic expressit Val. flaccus: Iamque uirum trahit ipse chalybi.

65. Patiens iam striculus, &c.] Placet hæc Rhe-
nani & Gelenij lectio, eo quod Achilles iam adultum
virginem se singularit, quasi, qui ne agnosceretur, erum-
pentem malarum lanuginem striculus aduri passus sit.
magis (inquam) aridet, quam quod Ad. lib. 7. cap. 20.
& lib. II. cap. 22. Turnebus legendum censet: Patiens
certe iam striculus; eo significatu quo Arnobius gra-
duculum puerum à stricula quadam corporis sollicitate
striculus uocat, dum leuigari dicit in speciem habitus non-
dum duri & striculi passionis. maxime cum & 1. editio
striculus legat & Vat. cod. eodem accedat etsi corrupti.
quorum unus illi consentit, & alter habet: iam uilstricu-
lus. ex qua ego conformiter Turn. prima facie coniecimus
suasit tum supra dicta ratio, tum id quod sequitur.

66. Turpius adhuc libido, &c.] Vbi Hercules
turpem libidinem cum dicta materna formidine confert.
Atqui mirabili compositione: Scytalofagittipelliger,
dicitur, eo quod (inquit Rhen.) clauam sagittas & pel-
lem gestaret. nam σκυτῶν δὲ λῶν Græcis etiam baculum signi-
ficat. Non est dissimilis compositionis uocabulum illud,
pari etiam syllabarum numero, quo Cyclops in Epigram-
matibus Græcis Ἰνποϋροχῆμῳ λέγεσθαι τῶντος appellatur,
hoc est seræ & flexuosa frontis. Turpem autem hæc
Herculis, quem pro Deo colebant, feruitutem, qua seruauit
Omphaleæ Hydæ meretrici, gentibus etiam impropereant
Origenes lib. 3. & 7. contra Celsum, Lact. de fals. relig.
lib. 1. cap. 9. & Arnobius alicubi.

67. Vbi Diomedes & cruenta præfepia,] Cele-
brantur

brantur 12. certamina Herculis Almena filij (nā plures fuisse Hercules adnotauimus ad librum D. Cypriani de Idolo. num. 6.) tum a poetis et historicis, tum etiam a Clemente Alexandrino lib. 5. Strom. Eusebio de preparatione Euang. lib. 3. cap. 4. ac D. Aug. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 12. & omnium apertissime a Boetio de cons. philos. lib. 4. metr. 7. quaedam etiam a Minutio, Arnobio, & Lactantio. inter ea vnum est quod hic adfert Auctor, de superato Glauco Diomede, qui corporibus humanis equos suos pascebat, quem vicissim illis deorandum dederit.

68. Vbi Bulyris & vultuaria altaria] Hoc certamen cum Bulyride Aegypti rege, qui etiam humano diis suis licabat sanguine, August. inter 12. numerat. loca cuius alij lactam cum Antico in Mauritania ponunt, quam Augustinus cum Eusebio in Coron. m. uult adhibui Herculis Aegyptio. certe nec Virgilius hanc Herculis Italico dat.

69. Vbi Geyon ter vnus cerebris adhuc corum, &c.] Castigauit ita hunc locum. Rhenanus ex Gortensi cod. pro eo quod erat: Vbi Gereon, vbi Cerberus] ut est, & Gerionem tricipitem, id est (interprete seruo in Virg.) Hispanie tribus regni praefectum, historia; & Cerberum tricipitem poetæ, immo ipse quoque Boetius, ab Hercule interfectum narrat, si retineatur illa lectio, metaphoricæ de claua Herculis loquitur, cerebris dictorum regum aspersa.

70. Vetus iam Hydræ Centaurorumque sanguis, &c.] En quartum & quintum Hercules certamen cum Hydra, scilicet (inquit Minutius in Octauio) volneribus renascente, & cum Centauris, equis (inquit idem) suis hominibus implexis. Arqui vide lib. de cor. mil. infra Tom. 2. ad intellectum huius loci de corone Herculis.

71. Ne sobria mulieris, &c. sub exuias beftia, &c.] Hic de pelle agit leonis Nemeæ, quo sexto certamine deuicta vestiebatur Hercules. cuius etiam Lactantius meminit. Apud Boetium habes praeterea sex alia Herculis huius certamina, nempe cum Harpyis auibus, quas (inquit Lactant.) sagittis deiecit, cum dracone malorum aurorum custode, cum Echelo, cum Caco, cum Apro Calydonio, de quo etiam Lactant. cum Celo denique: quod subulauit eum & Achilantem humeris sustinuisse. Tatiānus aduersus gentes eis etiam impropertat, quod Hercules Thespij (scilicet potius Thelij), ut corrigendus est locus ex Arnobio filias 50. vna nocte violauit. Restat autem diuinauit Rhenanus legendum: telino; aut; phylino: pro eo quod est in r. edit. & Vatic. pelino, cum illa sint vnguentorum nomina apud Plinium lib. 13. cap. 1. faciunt ad hunc locum, ut etiam adnotat Rhenanus, quæ apud Senecam in Tragedia leguntur, nempe hæc:

Fortem vocemus cuius ex humeris leo
Donum puellæ factus, & claua, excidit
Fulitque pictum veste Sidonia latus.
Fortem vocemus, cuius ho tientes comæ
Maderit nardo. Laudemus qui ignotas manus
Ad non virilem tympani mouit sonum,
Mitra ferocem Barbara frontem premens.

72. Sicilia leonina, &c.] Vt. cod. Sicilia. quantum apparet, non male, pro σκίππος aut σκίππος, quæ diuinitem Græcè significat. Lud. tanen Carrio stitia, retinenda omnino existimabat. idque elegantissime dictū esse contendebat. se enim & Claudianum dixisse de leone, quamuis alia in re flauentes adtingit stitia fetas.

73. Genuinos inter antias adumbratos] Antias (inquit Rhenan.) vocat capillos anteriores a fronte pendentes; genuinos vero dentes leonis. addidi autē vo-

culam, ne, ut sensus constaret.

74. Qualis ille Hercules in thecistro, &c.] Ita legit Rhen. pro: in serico. Est autem thecistum ἡ ἐνὸν ἰματίον hoc est æstiuæ vestis, cuius meminisse Iul. Pollux lib. 7. D. Hieronymus in comment. in Isaiam: Habent (inquit) mulieres & Therittra, quæ nos palliola possumus appellare: quibus obuoluta est & Rebecca, & hodie quoque Arabia & Mesopotamia operuntur femine, quæ dicuntur Græcè Therittra ab eo quod in Ἰσραὴ hoc est in æstate et caumate corpora protegere feminarum. Hactenus ille. Quam autem decebat Hercule Thecistrum vestis tenuissima, tam ornabat Omphalen Leonina pelles, nam hoc est quod Tertullianus vult dicere.

75. Sed & qui arte Tyinthium accesserat pugil Cleomachus, &c.] Vt. cod. legunt: ante. Arqui, Cleomachus hic, Magnus fuit (inquit idem) qui cum in amorem cuiusdam emedi incidisset, & orationem & mores cinædorum imitatus est. De Olympijs agnibus alibi latius. Lego paulo post: inter cutem ex cod. Paris. pro: intercutem.

76. Nouianōs fullones] Sic à Nouio poeta dictus (ut adnotauit Turnebus) qui fabulam a se editam, fullones, inscripsit, quæ in verbo inest nefanda obscenitas. De Lentulo Mimographo latius in Apolog. infra.

77. Vtique sicut fastigia cestuum virus occupauit ita hunc locum restituit partim ex cod. Vt. partim ex prima edit. pro eo quod erat: Vestigia cestuum viria. nisi quis malit: virilia, aut potius: viratia, immo viriola, id est magnarū virium sicuti interpretatur Nonius Marcellus. Nā sic infra tom. 1. Auctor aduerfus, Valent. exercitata viria & vlu viriola dixit. nisi quis Carriōni assentiatur, legenti fastigia, aut vestigia cestuum viria occupauit. Magistri veteres interpretatur virias, & viriolas, καλαρία. ἄλιδα. ἔνδελα. ἑσπερία. ἡλεαία. ἡλεαία. armillas muliebres. translatione, inquit Carrio, pulcherrima & huic loco aptissima.

78. Ita & endromidis solocem aliqua multitia syntheti extruxit] placet magis extruxit: quam extruxit. Endromis (vni recte adnotauit Rhenanus) vestis erat hirsuta & villi longioris, quæ in balneis & gymnasijs præcipue solebant uti veteres: sic dicta quod apta cursui foret. nam δρόμος Græci cursum vocant. Conuenit autem hic Endromis pugili & cursori Cleomach. Porro Solox lanam crassam significat, auctore Festo. Multitia autem erant vestimenta subtilissimis suis contexta. Synthelium domesticam vestem fuisse constat, breuem & expeditam, ac ex diuersis lanarū coloribus compositam, quod nomen ipsum arguit, quæ non indecorum erat uti senatores quoque & equites Romanos, subinde viliori ut in diebus festis, subinde viliori ut in Saturnaliibus & balneis. Hic Multitiam synthelium adiectiue videtur usurpare, pro subtili veste.

79. Phylconem & Sardanapalum, &c.] De Sardanapali mollicie nota est historia de Phylcone non perinde, eo quod varient historia in Regibus Aegypti Ptolomæis quibus cognomen Phylcon. nam Iosephus Ptolomæi Epiphani filium minorem natum ita nuncupatum scribit Antiq. lib. 12. cap. 6. fratrem Ptolomæis, cui videtur consentire Strabo dum Philometoris successorem, quem alij Euergetem, ipse Phylconem nominat, & eum quem Eusebius Phylconem ipse Lathurum, sicut Iosephus etiā lib. 13. cap. 17. eundem nempe, qui a matre Cleopatra expulsus sit. Iustinus simpliciter de Ptolomæis loquens, post Philopatorem nihil etiā lucis addit. Cum autē Nerone cum Phylcone compareret, mihi maxime placet ut intel-

TULLIANUS
STATIUS
MIMOGRAPHUS
APOLLO

ligatur senior ille Ptolemaeus Straboni & Iosepho dictus Phylcon, maritus Cleopatrae suae sororis cum & crudelitatem & vite impuritatem Iustinus lib. 38. similem describit illi, quam Suetonius Neroni appingit. pro quo facit illius haec descriptio: Sagina ventris non homini sed belluae similis. nā ὄστρον ventricosum significat.

80. Nec tepidior vis vanae quoque gloriae, &c.] Ad Alexandri magni delicias & molliciem Persicam (nam Darius Medus etiam Persa à quibusdam vocatur) alludit, qua ille captivus Regis habitu se induit.

81. Sarabara] namque, uti adnotat Rhenanus, vestis est Persica sine Medica (ut Turnebus) fluxa, sit eiusdem mentio Danielis 3. quod ea vestitus fuerit Daniel, & tres pueri saltem iuxta lecti. lib. de Trin. Tom. 5. infra & Auctoris T. 3. lib. de Resurr. carnis ac lib. de Orat. Tom. 2. Notanda autem hic voces: flabellatur. & Cataphractem triumphalem. secundum quod legitur i. Vatic. cod. pro: Cataphractem. Vegetius ita nuncupat thoracem militarem, quod paulo post dicit: pectus squamarum signaculum desculptum.

82. Nisi quod & philosophi, &c.] de Aristippo id apertius narrat Auctor, infra in Apolog. Atqui baxea Tyria pro: baxa, substituitur ex Turnebi coniectura; qui adnotavit quod, Baxea, crepida sit Philosophica; quam, si purpuratus erat Philosophus, etiam Tyriam id est purpuram, esse oportuit.

83. Atquin alius & fetidus & crepidam erat, &c.] de Empedocle loquitur, sicut etiam lib. ad Martyr. Tom. 2. ac de Anima. Tom. 3. Porro quid, thori Platonici sint; latius infra in Apolog. cap. 47. Hoc tradit (inquit Rhenanus) & Laetius in vita Empedoclis, solitum illum are calcari. Indicavit etiam hunc in ignes Aetnae montis insuissse, ex crepidulis altera, vi flammarum ad exteriora reiecta: quo se coniecerat latenter absque arbitrio, ut deus factus putaretur, dum mortuus ignoratur. Hinc ridet illum Tertullianus, quod contempta hominum sorte divinitatem impudenter affectarit, dignum asserens qui à Diogene illo liberrimo Philosopho, non luteolis pedibus impetatur, sed in ipsa adyta Deae impurissima Cloacina & mulierum & feruentium, rapiatur. Alludit deinde Auctor ad cymbala qua Bacchantium indumentis subsuebantur.

84. in adyta Cloacinarum.] De Cloacina Dea vide Adnot. nostras in Cypr. lib. de Idol. vanit. numero 24. Hoc unum addam Tertull. Cypr. Laetianum ac DD. Prudentium & Augustinum Cloacinam vocasse à cloaca ioci gratia; sed olim etiam Venerem Cloacinam dictam iuxta Plin. lib. 15. cap. 19. nat. hist. Cluere, enim (inquit) antiqui purgare dicebant. probat utriusque Turnebus Adu. lib. 23. cap. 12. dicens ab eodem verbo eadem significatione etiam cloacas dictas, quod subterraneis cuniculis oppidorum fordes perpurarent.

85. Protulsi si quis maendrico fluxu, &c.] Vulg. lectio erat: Maendrico. V. at. cod. Maendrico; è qua veram lectionem conieci: maendrico. Iuxta illud Verg. Aeneid. 5.

Victori chlamydem auratam, cui plurima circum Purpura, Maandro duplici Melibœa cucurrit. Hoc est, interprete Servio, flexuosa purpura in modum Maandri fluminis. epichyniam autem rectè Turneb. interpretatur, supercilium.

86. quantum denotatui passivitas offert.] passivitas (ut rectè adnotavit Rhen.) promiscuam frequentiam hic significat. Ita dixit infra in Apolog. suppeditante materias passivitate luxuria.

87. libertinos in equestribus subuerbustis in liberalibus, &c.] Varia vestium genera pro qualitate personarum & festorum dierum significat Auctor. Sicut enim pulchre adnotavit Petrus Eaber. Semestr. l. 2. quia servi artis & cucullatis vestibus sine lacernis plerumque uterentur, ingenii albatu incederet; quibusdam diebus & praesertim Saturnalibus permittebatur ut servi ingeniarum & liberti dominorum suorum vestibus uterentur. citat ad hoc Horatium, Dionem, Lampridii & Plautum. Porro: subuerbustis interpretatur Turnebus Adu. lib. 14. cap. 1. sub verberibus vestos, tanquam vox sit licentia emica, quales supra, è multis vocibus coagmentata. Carrion videbatur esse quasi sub veru vltus. ut veru sit ipsum stigma, & subuerbustis stigmatia. eo quod, inquit, Festus scribat, subuerbustam veribus vltā significat Plautus cum ait: Vlcerosam, compeditam, subuerbustam, sordidam. Rupices, Auct. lib. de Ann. interpretatur Barbaros; & iterum ea voce utitur eo significatu in Apolog. Supra autem per Rupicem videtur intelligere qui in Rypibus agit. Quod autem dicit: vespillo, leno, lanista tecum vestiuntur,] infra sub finem libri apertius sic offert: omnis gladiatorum ignominia togata producitur.

88. Cæcina Senerus, &c.] Cæcina (inquit Varro de ling. lat. lib. 9.) Perperna & spurina, figura mulierum dicitur habere nomina, non mulierum. Vide Rom. hist. de Cæcina Senere.

89. Lentuli auguris.] Cn. Corn. Lentulus Augur, consul fuit anno urbis a. D. CCXXXIX. cum M. Licinio Crasso sub Augusto Caesare.

90. & stolum & supparum & crepidulam & calidrum, &c.] Turnebus crepidulam legit, sed magis placet vulgata lectio, nam crepidulam legitur significat ornamentum capitis, quod in capitis motu crepidam facit. De stola & supparum & intercula cuius cap. sequi meminit, vide Nonium; calidrum (inquit Turnebus) operimentum capitis significat à Graeco καλιδρῶν; supparum etiam ab Arnobio lib. 6. Aduersum gentes. De lecticis ac lecticariis vide tom. 2. lib. 1. ad exorem. Ego vero ut constet sensus scripti: fellas quis, pro; quibus, &; eieruere, retinimus, eo quod eadem voce utitur lib. de Spect. rom. 2. frictices (iuxta Rhenanum) τῆς τε βῆδ᾽ αἰεὶς intelligit, quarum obscenissimam sedatam quamlibet scurrilis Lucian. explicare super sedet. Paulopost. & exponeo eo loco: cum latinarum antistes & a. & cum Turn. lego; armillis; pro; armillas.

91. Purum aut mulleolum inducit calcem, &c.] Calceorum varia genera Terrulliano. hic, puri, & mulleoli; at infra; vnguipedes, seu potius iuxta var. cod. vncipedes ac perones. de quibus sic pulchre in Festo Ios. Scaliger. Catonis verba ita legenda sunt: Qui magistratu curule capisset, calcem mulleos, alij vncinatos, ceteri perones. magistratu enim sancti, mulleos, milites fulminatos, ceteri perones τῆς ἀμφοτέρωθεν. Talia autem fuisse omnia genera calceorum apud Romanos, qualia Turcarum cruce medietatem ex hoc loco Tertulliani colligit Scaliger.

92. Vel illos item habitus, qui nouitate vestitus religionem, &c.] Agit de vario vestitu eorum qui aut, Cereri, initiuntur, aut Bellonae, aut Saturno, aut denique Aesculapio. quorum primis, cultum omnia candidatum vitæ & galeri priuilegium; secundis, tenebricæ vestis & terrici velleris; tertius, purpureæ & galatici (de quibus Plinius lib. 9. cap. 41.) ruboris superiectionem, postremis, pallium & crepidas creatas (quod pro Græcatas substituit Turnebus) id est, can-

didas dat sicuti Cicero ad Atticum fascias cratas dixit.

93. Enimuero cum hanc primum Sapientiam vellet, &c.] tacite adtingit suam ad Christianismum conversionem.

CAP. V.

94. Tamen, inquis: Ita à Toga ad Palliū, &c.] Capite hoc molestiam soget & contrario cum simplicitatem ac facilitatem, tum innocentiam pallij pulchrè deducit.

95. An aliter mutauit Anacharsys, &c.] Anacharsyn ex Rege Scythia Philosophum solum ex Barbaris existisse censet Laet. lib. 3. cap. 24. qui (inquit) Philosophiam ne somniasset quidem, nisi & linguam & litteras Graecas ante didicisset. Habes eiusdem Apophthegma infra 1. cap. Apologetici.

96. Adeo nec artifices necesse est, &c.] Necesse est, pro: opus est. Pulchrè autem describit Togam: in qua descriptione notandae sunt phrasés metaphoricae: rugas formare, deducere in ilias, contracti vmbonis figmentum; vmbonem recognoscere & reformare; tabulis deficientibus; tabulato in terga deuoto. Porro ex Vatic. cod. & Latino substitutus: indutum ne an onnitum; pro eo quod erat: indutum an ne onnitum notanda etiam phrasís: domum conseqnar, pro: in domum.

97. Etiam si duplex quod Cratetis more, &c.] Duplex erat (inquit Turnebus) Cynici Pallium, ut Crateti & Diogeni iuxta Laertium. Unde & Horatius scripsit.

Contra quam duplici panno patientia velat. Cynicorum enim profectio, patientia & equanimitas. rursus metaphorice infra; cippus; pro loculo accipitur quo vestes reconduntur.

98. Ego, inquit, nihil foro, &c.] Vel hinc patet inconsumulium fuisse Tertullianum antequam Christo nomen daret, ubi pulchrè distinguit tanquam pallio interloquere varia loca ubi ius dicebatur seu comitia habebantur, nempe: forū, campum, curiam, rostra, praetoria, cancellos, subcellia. de quibus non nihil videre licet apud Varonem lib. 4. de ling. lat. ubi loca describit verbis Romae.

99. Certè cum ad Epicuro & Zenonem vetum est, &c.] De Epicuro & Zenone latius tom. 3. lib. de Anima. hic autem illis attribuit quod quietem pro summo bono habuerint; ad quorum instar meliorem contendit vitam Tertull. in scellis, quam in promptu, id est, in publico; addens pulchrum epiphonema: Nemo alij nascitur, moriturus sibi.

100. Soleo de qualibet margine vel ara, &c.] Turnebus censet legendum imagine. sed magis placet: margine, praefertim quum V. at. cod. id legant, & Iuvenalis etiam dixerit sem. genere: plena iam margine libri. Metaphoricè autem vsurpat: veteranos, & impetiginem, pro vitij.

101. qua M. Tullius quingentis milibus nummum orbem citri emit, &c.] Rectè Iuuenis Animadu. lib. 5. cap. 10. (ubi reliquam penè huius capitis partem egregie explicat,) & post eum Turnebus legunt; nummum, pro: non vnum, nam sic erat in 1. edit. ad marg. Qui etiam legit; cediti, pro; citri; idque (inquit ipse) Plinij auctoritate, unde ista. Auctor mutuatus est; sicuti & alia quamplurima, sed mihi magis placet; citri; tum quod Plinius non vno in loco cedrum & citrum arbores coniungit, tanquam similes; tum quod etiam Dioscorides citrum in Mauritania, & circa Hammonis templum frequentem dicat: vti adnotauit Calcagninus lib. 12. ubi etiam de

mensis agit citreis M. Ciceronis & Gallij Afiniij: tum denique quod apud Tullium Ciceronem Orat. 6. in Verrem legatur; menia citrea. quo fit ut etiam Plinium lib. 13. cap. 15. sic restituendum censeam: Athlas (inquit) mons peculiari proditur silua; de qua diximus. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor Citri (sic lego pro; cediti) & mensarum infania, quas feminae viris contra margaritas regeunt. Exstat hodie M. Ciceronis in illa paupertate; & quod magis mirum est illo aeo, emta HS. vndecim. cū hac memoratur & Galli Afiniij HS. vndecim. Quia autem in precio longe disident Plinius & Tertullianus putat legendum Turnebus; quindenis: & Latinus; quinquagenis, pro; quingentis, sed etiam in hoc discrimen est, quod bis tantum impendisse Animum refert; nisi quod latifondij taxationem mensarum illarum pretia superasse dicit Plinius; non enim esset tum quingentorum millium pecuniam (vri rectè adnotauit Latinus) à rei veritate alienum, ut mensa constiterit XV. M. aureorum. Eodem pertinet illud Terrull. lib. de Anima infra tom. 3. quod mensis Ciceronianis infertur.

102. Item qualances centenarij ponderis Sylla molitur] de hoc sic Plinius l. 33. cap. 11. Quae omnia expiauit bellum Syllanū, paulo enim ante facta sunt lances è centenis libris argenti. Etne illud Auctoris l. dict. de Anima: quod lancibus splendidissimis Syllanis effertur.

103. Cum Drusillanus equidem seruus Claudij, &c.] ex Iun. & V. at. cod. lego: equidem, pro, & quidem. Res nota ex Plinij loco citato. Nostra atas (inquit) fortior fuit Claudij principatu. Seruus eius Drusillanus nomine Rotundus, dispensator Hispaniae citerioris quinquagenarium lancem habuit, cui fabricandae officina prius exaedificata fuerat. Vocat autem ille lancem (inquit Rhenanus) quam Tertullianus promulsidè, qua videtur significare ipsam promulsidarium, hoc est vas quo promulsis continetur. Legimus etiam cum Iuueno: in mensis, pro, an. & ex Plin. restituit Rhenanus Drusillanus pro: Rufillanus. Eodem spectat illud Auctoris infra Apol. cap. 6. num. 76. Et in lances (parum est, si senatorum, & non libertinorum, vel adhuc flagra rumpentium) argentaria metalla producta.

104. Qua Vedius Pollio, &c.] de hoc (rectè Rhen.) sic scribit Plin. lib. 9. cap. 83. Inuenit (inquit) in hoc animali documenta Vedius Pollio eques Rom. ex amicis Augusti, viuariis earum immergès damnata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus, sed quia in alio genere totum patiter hominem distrahi spectare non poterat. Vide Seneca lib. de Ira ad Nonatium, eiusque verba apud Crim. citata lib. 6. de hon. discipl. cap. 10. qui primus hunc locum illustrauit. idem autem hic Vedius apud Plinium, Senecam, alios aliquando Aedius nominatur. apud Cornelium Tacitum vno & eodem loco Vedij & Aedij mentio est: dubium ut sit quo nomine appellari debeat. & alioqui in veteribus inscriptionibus Aedij Pollio mentione reperiri monuit L. Carrio. Ceterum (ut adnotat Turnebus) non conuenit Tertulliano cum alijs scriptoribus in murena. nam alij dentatam & eruculenti marfus, ipse vero edentulam dicit. quo loco etiam cum Turnebo repesui: delectato; veteribus V. at. cod. pro; delectatus.

105. Qua Hortensius orator, &c.] Pannonem (inquit Rhenanus) cibi gratia. Romae primus occidit orator

Hortensius adiciali cena sacerdotij, Plinius l. 10. c. 20.

106. qua Aufidius Furco, &c.] *Saginare* (inquit idem) primus instituit circa nouissimum piraticum bellum M. Auf. Furco exque eo quaestu rediit sestertium l. x. m. habuit. Plinius l. c. eodem. Restitutum autem ex coniectura Io. Ferrisij Angli: in adulterinum saporem, pro: adulterium.

107. qua Afinius Celer nulli vnus obsonium sex H-S. detulit.] *Sic rectè ex coniectura Rhenani. sestertia enim sex idem constituunt quod sex milia nummum. Sanè de hac re non conuenit apud Auctores. nam octo milibus emptum scribit Plinius, Macrobius septem. Iuuenalis vero Sat. quarta ait:*

Mullum sex millibus emit,

Aequantem sane paribus sestertia libris.

Vt perhibent qui de magnis maiora loquuntur.

Vide Adnot. nostras ad epist. 60. n. 5. D. Cypr. de sestertijs.

108. qua AEsopus histrio, &c. sexcentorum milium patinam conlauit.] *Rectè ex Plinio: sexcentorum, repofuit Iunius. pro: centum, qui huius rei (vt etiam Rhenanus adnotauit) lib. 10. cap. 51. in hac verba meminit. Maximè tamen insignis est in hac memoria Claudij AEsopi tragœdi histriõnis patina sexcentis sestertijs taxata; in qua posuit aues cantu aliquo aut humano sermone vocales milibus sex singulas coemptas. ex eiusdem coniectura legimus: conlauit; pro: confiscauit.*

109. qua eius filius, &c.] *De Clodio AEsopi tragœdi filio id habet ibidem Plinius, & lib. 9. cap. 35.*

110. Taceo Nerones, Apicios, & Rufos, &c.] *De Nerone scribit Suetonius cap. 27. indixisse eum familiaribus carnas; quorum vni meliora quadrages H-S. constituerunt. Iura Apicij celebrat D. Hieronymus lib. 1. aduersus Iovin. exstatque libri, si tamè illius sunt, de condendis cibis.*

111. Dabo catharticum impuritati Scauri] *χρῆμα καθαγιαστικόν Græcè significat, id quod purgandi vim habet. Opinatur autem eum loqui Rhenanus, de M. Emilio Scauro, quem Sallustius auctor est, hominem fuisse nobilem, impigrum, factiosum, audacem, & qui sicut vitia sua callide occultare. sed grauius errat Rhenanus; inquit Carrio fuit enim hic Scaurus, vti me monuit clarissimus doctissimusque vir Nicolaus Faber Senator regis, vltimus ex familia Scaurorum, teste Seneca Patre sua oria prima: vixitque imperante Tiberio; sub quo à Seruilio Cornelioque (eodem testante Seneca) Thufco oratore accusatus, damnationem morte praeuenit. verba Taciti de eo Annaliu lib. VI. A. C. 100 CXXXCVII. sunt hæc. Mamercus dein Scaurus rursus postulatur, insignis nobilitate & orâdis caussis, vita probrosus, nihil hunc amicitia Seiani, sed labefecit haut minus validum ad exitia Macronis odium, qui eandem artes occultius exercebat: detuleratque argumentum tragœdiæ à Scauro scriptæ additis veribus qui in Tiberio hæc erant. Verum ab Seruilio & Cornelio acculatoribus, adulterium Liuiæ, magorum sacra obiectabantur. Scaurus, vt dignum veteribus*

Amylijs, damnationem antecit, hortante Sextia vxore, quæ incitamentum mortis & particeps fuit. Adde quod illi Scauro, quem Sallustius senatus principem fuisse dicit, nusquam obicitur impuritas. at huic manifestè Seneca filius lib. de beneficijs. l. III. cap. XXXI. ita inponit. Quid tu cum Mamercum Scaurum consullem faceres, ignorabas ancillarum suarum mentrum ore illum hiante exceptare? Nunquid enim ipse dissimulabat? Nunquid purus videri volebat? Referam dictum eius in se quod circumferri memini, & ipso præterite laudari: Pollioni Afinio iacenti, obscuro verbo vsus, dixerat se facturum id quod pati malebat. & cum Pollionis atrocitorem vidisset frontem: Quidquid, inquit, male dixi, mihi & capiti meo. Hoc dictum suum ipse narrabat. Hominem tam palam obscenum ad fauces & ad tribunal admissisti? Nempè dum veterem illum Scaurum senatus principem cogitas, indignè fers sobolem eius iacere. hæc Carrio.

112. & alexæ Curij, &c.] *Asonius Pedianus (vti post Crinitum obseruauit Rhenanus) in commentarijs in orationem M. Tullij Ciceronis, quam aduersus C. Antonium & L. Catilinam habuit, adnotauit, Q. Curium notissimum aleatorem fuisse, & postea damnatum, celebratumque à Caluo poeta huiusmodi versiculo; Et talis Curius pereruditus.*

113. & vinolentia Antonij,] *ita vinolentum Antonij furaginem dixit Cicero lib. 12. familiar. epist. 57. eodem etiam alludit lib. 14. ad Att. epist. 4.*

CAP. VI.

114. Sermone (inquit) me suasisti, &c.] *in commendationem pallij postremo hoc capite adfert, quod, vel solo occurso palliati philosophi, improbi mores eius vestiant, quòdque illo omnes artes vestiantur & philosophia christiana, cum toga vrantur cerdores & gladiatorum turba. Arguit, inquit, legæ ex coniectura, pro: inquit, quæ supra initio cap. 5. sic legitur. Græcam autem esse phrasin adnotauit Gagnanus, hæc nempè: λόγῳ μετ' εἰότητος φησὶ μακρῶς οὐ φεράτω.*

115. numerorum harenarius] *id est, qui interpretatur Turnebus) in schola tanquam in harena numeros exerceat & docet, à Circensi harena translatione sumpta. nisi potius quis putet ratiocinatorem ita vocari, quadam veri speculatione, quasi harenam numerare possit, iuxta illud Horatii:*

Te maris & terræ numeroque carentis harenæ Mensorem.

116. & qui stellarem coniectat, & qui volaticam spectat,] *Sicuti prius ad incertas coniecturas Astrologi, ita posterus ad certam notitiam stellarum cursus, Astrologiam nempè, pertinere videtur.*

117. At ego iam illi etiam diuinæ sectæ, &c.] *De secta in bonam partem vide Adnot. nostras in epist. 13. D. Cypr. num. 14. Vritur similiter Auctor infra lib. de Testim. Anima & in Apolog. & de fuga in persec. lib. ad Scapulam cap. 4. & lib. de Cor. mil. cap. 7.*

ARGVMENTVM APOLOGETICI ADVERSVS GENTES, PER IACOBVM PAMELIVM.

TERTULLIANVS, quo tempore Seuerus Imperator cum Antonino filio, annum circiter septimum res Romanas administrabat, cum videret Christianum dogma, cui iam erat initiatum per Sacrorum Pontifices initio quinquæ Persecutionis exagitari diuexarique per orbem, ita vt Christiani indicta caussa necarentur diuersis suppliciorum generibus, nec posset palam illi patrocinari, quod

quod de solo nomine, & ex præiudicio damnatio irrogaretur: Christianam religionem, hac Apologetica oratione ad Antistites Romanos missa, qua potest ratione, defendit. imitatus est quidem (ut verbis Bap. Egnarij utar) Instinum maxime & Aristidem; qui in hoc genere præcipuè sunt nomen adsecuti; sed ita, ut verumque & acumine & eruditione facile superet. quantus enim contra Gentes insurgit: quam constans puritatem nostræ fidei tueretur: quos ille Auctores non legit: quas eorum disciplinas non adigit: ut vel vincus hic liber ad convincendam gentium pertinaciam satis esse potuerit. Quod certe verissimum esse Lactantius quoque cõfretur lib. 5. Instit. c. 4. dum dicit, Tertullianum hanc causam plenè perorasse. His adde, quod si de aliquo alio huius Auctoris scripto, de hoc locutus videatur D. Hieronymus Epist. ad Magnam: Apologeticus (inquit) eius, & Aduersus Gentes libri, cunctam sæculi continent disciplinam.

principio autem, quia palam id non licebat, occulta litterarum via, captata benevolentia à persona iudicum, attentioneque conciliata, quod nihil de causa sua deprecaretur, sed hoc solum ageret, ne inaudita damnetur; ab odio Nominis disputationem suam exorditur: quippe quod præcipuam persecutionis ansam dederit; vel inde bonam esse vel malam Christianorum sectam comprobis, quod latere Christiani non gesant, sed interrogati vitro confiteantur.

Deinde quod Nomen potius quam crimen in Christianis damnetur, late persequitur; ex Iudicum perner sit ac in damnandis Christianis, quibus solis ad negandum tormenta adhibebantur; aliis autem ad confutendum obiter impugnans decretum Traiani Casaris, de non inquirendis, puniendis tamen, qui se offerrent Christianis.

Confirmans iam dicta, quod bonum aliqui testimonium ferentes, admisceant solius nominis exprobrationem; quum tamen nihil maledicum aut impudicum sonet, & nouum non sit, quod aliqua disciplina de magistro cognomentum sectatoribus suis inducit.

Exinde, ne forte Legum aduersus veritatem adstruatur auctoritas; eas errare potuisse, ut pote ab homine conceptas, & proinde recognosci posse, pulchrè deducit; exemplis tum Lacedæmoniorum tum Romanorum, immo ipsius Seneri, qui Papias vanissimas de suscipiendis liberis leges heri exclusit.

Iniquitatem legum aduersus Christianos, ab earum origine retractans, quod primum Cesariano gladio in hanc sectam ferocierit iniustus, impius, turpis Nero; quem quidem imitatus in crudelitate sit Domitianus, sed ceptum represserit, & deinceps difficile sit reperire aliquem Christianorum debellatorem.

Adiciens pro huius propositionis coromide, quod à Legibus suorum institutorum multum exorbitarint Romanorum mores.

Porro propius ad institutum veniens, latissimè persequitur, quod quantumvis de grauissimis criminibus, infanticidio, sanguinis humani pabulo, ac incesto, accusarentur Christiani, nunquam tamen conuicti fuerint; nisi forte de sola fama que plurimum mendax.

Immo non modo falsa esse ea crimina, sed & non credenda ac aduersus naturæ fidem.

Quid quod in ipsos qui obiciebant flagitia dicta retorquet?

Posthac alteram objectionem, quod Deos Christiani non colerent, ex eo refellit; quod homines illos fuisse non deos ipsa gentium conscientia inficias ire nequeat.

Et vero, cur post mortem dij facti adseuerentur, causus esse vanissimas, præsertim cum criminosissimos quoque antehæc dignati sint, dignioribus apud inferos relictis.

Quin potius, aut nomina esse vana mortuorum que ab his coluntur, aut simulacra ex communi vasculorum materia, quasi fatum consecratione mutante, idem passa ut fiant quod patiuntur Christiani.

Tacitam autem objectionem, qua respondebant, Sed nobis Dij sunt, pulchrè confutat, propriis ipsorum ludibriis in Deos, tum domesticos, tum publicos.

Que potissimum reperire sit apud Poetas & Philosophos.

Que denique Mimographos in theatris ac scena representare non pudeat & impune liceat.

Deinceps ad tertiam cauillationem de capite asurino ac Onochite tanquam Christianorum diis, Crucis religione, & Soli cultu, respondet, duo illa meras esse calumnias, & in eos retorquet: Crucem vero non nouam esse, sed & ab ipsis gentibus usurpata, tum in deorum simulacris, tum in tropæis, in super & venerationem esse in signis, vexillis, ac labaris castrorum; Solem autem à Christianis minime adorari, sed hinc ortum cauilum, quod diem solis obseruent, & ad Orientem precentur.

Porro dilatis criminibus que falso obiciebantur, quod Deus verus vnus sit, partim ex operibus diuinis, partim ex anime testimonio etiam apud deorum cultores (de quo latius in eiusdem argumenti libro sequenti) comprobatur.

Addens, ut hoc ipsum impressius & plenius nossemus, sacræ litterature instrumentum adiectum à deo, nec ipsis incognitum; quippe cum Ptolomæus Philadelphus Aegypti Rex litteras eas sacras in Græcum sermonem interpretari iussit.

Idem autem auctoritatem vindicari summa antiquitate: cum Moyses omnes origines, gens etiam

- I.
- II.
- III.
- III.
- V.
- VI.
- VII.
- VIII.
- IX.
- X.
- XI.
- XII.
- XIII.
- XV.
- XVI.
- XVII.
- XVIII.
- XIX.

TULLIANUS
in stati onibus
...
A V
16

- plerasque & vrbes, ipsos denique Deos gentium aliquot sæculis antecesserit.
- XX. Tum etiam earum Maiestate & diuinitate; utpote quibus non modo mundi exordium & exitus, sed & quicquid agitur prænuntiatum fuerit.
- XXI. Neque tamen, quia Iudæorum instrumentis antiquissimis religio Christiana suffulta est; eandem esse cum secta Iudæorum; qui iam cæli & soli sui extorres per orbem vagantur; sed, iuxta prædictiones, ex omni gente & populo & loco iam delectos esse Dei cultores; ex quo Christus Dei filius, verus deus, verus homo, λόγος seu sermo atque ratio, vniuersitatis artifex, ex virgine natus, & sub Pontio Pilato passus, post resurrectionem a mortuis, ordinatis ad officium per orbem prædicandi discipulis, in celos ascendit. neque mirum quod deus per Christum colatur; cum & Iudæi & Græci & Romani ab hominibus dei cultus acceperint.
- XXII. His adiicit de dæmonibus disputatiunculam; quos & philosophi nouerint, & poëta, & vulgus indotum, & Magi; Socrates denique & Plato; qui hoc vnum agunt, ut numina lapides credantur, & Deus vnus non queratur.
- XXIII. Proinde, cum Magi eadem cum illis edant phantasmata, habentes adstantem eorum potestatem; & eadem dæmones quæ diuinitatis operentur, præsumendum, ipsos esse qui se deos faciunt, quum eadem edant quæ deos faciunt credi, præsertim, cum se dæmones esse non deos profiteantur, à Christianis adiurati.
- XXIII. Et ut constaret illos deos esse; non inuidere illos debere Christianis, qui summum deum principem maiestatis colant, notum etiam Platoni; præsertim, cum non modo Romanis, sed & vnicuique prouincie ac ciuitati suus deus fuerit.
- XXV. Quoniam autem Romani nominis metio incidit; magnam apud eos præsumptionem fuisse, quod ob cultum deorum imperium occupassent; apud quos non nisi post Reges exactos, aut simulacra aut templa dis erecta fuerint.
- XXVI. Quis potius, illum regna dispensare verum Deum, cuius est orbis qui regnatur; quod vel ex iis Imperiis patet, quæ ante Romanum floruisse constat.
- XXVII. Atque hæc omnia sufficere, ad diluendum crimen lese diuinitatis; neque id etiam incurrere Christianos quod sacrificare diis nolint; quippe quos dæmones non deos norint, à quibus ista suggeruntur.
- XXVIII. Veniens deinde ad secundum titulum lese Imperatorie maiestatis; primum illis improperat, quod eo ipso in deos suos irreligiosi essent, quod plus honoris Imperatoribus quam Ioui aut ceteris diis exhiberent.
- XXIX. Deinde dicit, constare debere, an isti quibus sacrificari volunt possint salutem impetiri Imperatoribus; præsertim cum suas ipsi statuas & ædes non nisi Cæsarium excubiis tueri possint.
- XXX. Rectius itaque Christianos pro illorum salute deum æternum inuocare verum & viuum; quem & ipsi præ ceteris propitium sibi malunt. Illum (inquam) Christianos, manibus expansis, capite nudo; de pectore precari pro Imperatoribus.
- XXXI. Quod si non credunt; in promptu esse diuinas litteras, quibus præceptum est, etiam pro inimicis orare, & nominatim pro Regibus & Romano Imperio; præsertim, cum clausulam sæculi commeatu & longanitate illius Imperij retardari sciant.
- XXXII. Iurare etiam illos per salutem Imperatorum, quæ augustior sit omnibus Geniis, id est, dæmonibus, quos adiurare ipsi solent.
- XXXIII. Neque vero Imperatorem a Christianis, deum appellari, quod in ipsis triumphis illis à tergo suggeratur. Hominem te memento.
- XXXIII. Immo nec dominum, nisi more communi; ad instar Augusti Cæsaris, qui ne Dominum quidem se dictum passus est.
- XXXV. Non recte itaque publicos hostes Christianos dici, quod Imperatorum sollempnia cum lascinia non celebrant; quippe qui ea obseruent maiori cum modestia, verecundia, pudicitia, quam Quirites; quorum vernacula plebs nulli Cæsari sua, Romana parcat lingua, etiam ipsa hora qua adclamant: De nostris annis tibi Iupiter augeat annos; immo sub ipsis sacris in Cæsarem conspirasse Cassios, Nigros, & Albinos.
- XXXVI. Christianis autem nihil hostile in Imperatores statui; qui etiam male velle, male cogitare de aliquo vetentur.
- XXXVII. Præsertim cum etiam lese vicem referre prohibeantur; quo fit, ut aduersus tot iniurias ad mortem usque de conspiratione tamen ne cogitarint vniquam, quam tumuis ingenti sint numero.
- XXXVIII. Proinde falsam esse calumniam de secta hac tanquam de illicita aliqua factione; cum illis nulla res aliena sit magis quam publica; qui proinde etiam spectaculis publicis, in quibus maxime vigent æmula studiorum compulsationes, tanquam de superstitione conceptis renuntiarint.
- XXXIX. Quod ut magis probetur, ipse negotia Christianæ factionis edit, Coire (inquam) eos in cœtum; tum ad orationem pro Imperatoribus, tum ad litterarum diuinarum commemorationem; ibidem fieri exhortationes, castigationes, & censuram diuinam, qua à communicatione stationis & conuentus quis ob delicta relegatur; auctoritate seniorum & præbiterorum qui præsident, illic etiam deposita pietatis offerri;

eaque non epulis sed egenis & in insulas relegatis dispensari. fratres vero vocari, non modo iure nature matris omnium sicuti cum gentibus; sed quod & unum Deum patrem agnouerint, & etiam substantia familiari fratres sint, excepto solo matrimonio. cænas autem eorum tales esse, quales Megaren sium, quasi crastina die sint morituri, (quod vel ipsam nomen ἀγῆρην satis indicat) in quibus non prius discumbitur quam oratio præmittatur, cum omni sobrietate, ut pote quibus de nocte Deus adorandus.

Illis itaque potius factionum nomen accommodandum, qui innocentium conclamant sanguinem, prætexentes omnis publicæ calamitatis causam esse Christianos: cum tamen ante Christi aduentum clades maiores & urbem & orbem cæciderint, & in ipso deorum cultu Capitolium Senones occuparint; denique si quid urbibus aduersi accidit, id cum deorum templis commune sit.

Quinimmo, ipsos potius publicorum incommodorum reos esse, apud quos deus spernitur, statuæ deorum adorantur; maxime cum dij etiam cultores suos ledant: neque vero id in Christianorum deum retorqueri possit; quippe qui non distinguit inter bonos & malos ante seculi finem, & Christianos non ledat, quibus nihil curæ magis quam celeriter hinc excedere.

Postremo, ad alium titulum respondet, quo infructuosos dicebant Christianos; iniuriam eam confutans experientia contraria, quod non siluicola essent Christiani, sed eiusdem cum illis victus, habitus, instructus, opera quoque sua vsu omnium publicent, & vestigia nullo frustrent mendacio, in solis differentes ceremoniis, ita tamen, ut similes actus alio oportuno tempore celebrent; exempli gratia, chura diis non adoleri, sed Christianis sepelendus merces has prostigari.

Nullos itaque de illis alius conqueri posse, quam lenones, perductores, aquariolos, sicarios, ariolos, magos, & huiusmodi, cum vel in hoc infructuosi sint, quod demonia eiiciant.

E contrario vero, grande detrimentum esse reip. cum tot Christiani innocentes erogantur. Solosigitur Christianos innocentes esse, qui innocentiam a deo edocti sint; gentibus vero eam aut humana estimatio tradiderit aut dominatio imperauerit.

Atqui cum, qui equiores videbantur, non diuinam esse sectam Christianam adfirmarent, sed philosophiæ quoddam genus inde colligit, non magis igitur Christianos debere cogi ad sacrificandum aut deierandum, quam philosophos, qui deos suis commentariis destrunt, & plerique in principes latrant: antithesim interim quandam adiciens inter philosophos & Christianos.

Deinde iterum veritatem Christianæ religionis ex antiquitate sacrarum litterarum deducit; quippe è quarum fontibus nemo non poetarum aut philosophorum potauerit; quanquam de deo & rebus diuinis non ut inueniant disputauerint, quos imitati quidem sint in hac nouitiola paratura adulteri quidam scripturarum, heretici nempe; aduersus quos se præscribere regulam veritatis, quæ a Christo veniat, per comites eius transmisit; & nihilominus ab iis fabulas quasdam immixtas esse; ut quis ideo putet Christianis non credendum, quia nec philosophis, nec poetis: exempli gratia, irideri prædicantes iudicium gehennam, & paradysum, quod apud illos similia inueniantur.

Atque hac occasione ad disputationem de resurrectione corporum delabitur; eam adprobans, non tantum quam utrum Pythagoræ, sed utri reditum ad eandem substantiam.

Sicuti & ignis eterni supplicia vel ex ipsis philosophorum dictis: quis sententias mirum esse in Christianis præsumptiones nuncupari, quæ in philosophis summe scientiæ vocentur: quæ ipsa etsi falsa essent, attem necessaria; inepta, at tamen utilia, quod meliores metu fieri cogant; etsi falsa & inepta, nulli tamen noxia; & proinde quamuis fortassis irrisioni obnoxia, non tamen tot suppliciorum generibus adiudicanda.

Quamquam interim Christianorum victoria in ijs consistat supplicijs, ob quæ Sarmentij & Semaxij appellantur, & commendetur etiam apud Gentem eiusmodi sublimitas animi, denique exquisitior iudicium crudelitas sectæ Christianæ sit illocebra, & sanguis semen sit Christianorum.

CETERVM Apologetici Tertulliani aduersus gentes meminerunt inter veteres Lactantius Diuina Insti. lib. 5. cap. 1. & 4. Euseb. Eccl. hist. diuersis locis infra adnotatis Tom. v. inter fragmenta Græcorum operum quæ desiderantur, ac in Chronicis ad ann. domini 38. & III. D. Hieron. loc. supracitatis. D. August. (quantum apparet) lib. 7. de Ciuit. dei cap. II. Vincentius Lirinensis dum scripta aduersus Gentem memorat. Niceph. lib. 4. hist. Eccl. cap. 12. Hugo Floriacensis hist. Rom. lib. 9. cap. 3. Vincent. denique Bellouacensis spec. hist. lib. II. addens plura se ex hoc libro locis congruis inseruisse. Nostro autem sculo antequam excuderetur, Petrus Crinitus de hon. disc. non vno in loco, & Angelus Politianus meminerunt. nam apud Trithemium nescio quo casu omissus est. Eum autem primus restituit Bap. Egnetius an. domini CIO. IX. XV. cuius editionem recuderunt heredes Aldi cum Lactantio anno XXXV. Venetijs. post quem B. Rhenanus I. edit. ex Hirsaugiensi & Paterniacensi; ac. 2. edit. ex cod. Gorziensi eundem repurgauit, additis argumento & Adnotationibus; quæ cum alibi ubique desiderentur, existant in edit. Io. Gagnei Parisiensi deinde etiam Franciscus Zephyrus adiectis epistola nuncupatoria, Argu-

TULLIANUS
innotati anibus
CICERO
A. V.
16

mento, & Paraphrasi: quam prostromam (omnis reliquii tamquam superfluis) paucissimis immutatis A retinimus. Nunc denique ad manuscripta D. Bauonis ac Elnonense siue D. Amandi, item Leodiense Reuerenss. D. Lauini Torrentij exemplaria Belgica; præterea Romanos manuscriptos Vaticanos tres codices, ac veteres excusos collatus, castigatior deo auspice in publicum prodit, adiectis etiam Argu-mento & Adnotationibus nostris. Postremo Lud. Carrio I. C. Lutetia Parisiorum eundem cum clarissimi humanissimique viri Cl. Puteani Senatoris in suprema curia regij libro antiquissimo comparauit: scripturarumque varietates apposuit.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI APOLOGETICVS ADVERSVS GENTES PRO CHRISTIANIS.

CAP. I.



S I NON licet vobis Romani imperij antistites in aperto & ædito ipso ferè vertice ciuitatis præfidetibus ad iudicandum, palam dispicere, & coram examinare, quid sit liquidò in causa Christianorum: si ad hanc solam speciem auctoritas vestra de iustitiæ diligentia in publico aut timent, aut erubescit inquirere: si denique (quod proximè accidit) domesticis iudiciis nimis operata sectæ huius infestatio obstruit viam defensionis, liceat veritati vel occulta via tacitarum litterarum ad aures vestras peruenire.

Paraphrasis Francisci Zephyri.

V Ideo, inquit Tertullianus, duabus de causis Christianos damnari indicta causa: primum quia vobis, iudices, aliter fieri per leges non liceat, cumque in vertice summæque arce Capitolina ad ius dicendum præsideatis (qui locus est vrbis celeberrimus) in opero & procul à populi testimonio vobiscum agi, etiam si velitis, non licet. Deinde quia causa Christianorum tantis videtur esse præiudiciis damnata, tantisque pseudo fratrum iudiciis oppressa, vt super eam quisque iam timeat, & erubescat quodammodo palam diligentior haberi: atque id ex omnibus aliis caulorum generibus solum videtur, quod oblatum nulla quæstione seruata de subito damnari potest. Cum itaque res se ita habeat Christianorum, vt vndique à manifesto patrocinio excludatur, liceat saltem in occulto veritatem examinare, & quas ad vos litteras damus legere non dedignemini.

⁷ Nihil illa de causa sua deprecatur, quia nec de conditione miratur. scit se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos inuenire. Ceterum genus, sedem, spem, gratiam, dignitatem in cælis habere: vnum gestit interdum, ne ignorata damnetur.

Verisimile est quisquis reus iudicum attentionem implorat, illud maximè intendere, vt conditionem suam deprecando releuet, & quibus potest modis se suamque causam commendans misericordiam moueat. Quæ res in aliorum omnium causis tralatitia erat, Christianis verò penitus negabatur, tum quia iudices nullas eorum preces admittebant, tum quod Christiani ad pœnam pleno gradu incedebat. Tertullianus igitur, ne iudices si crederent litteras nihil aliud quam veniam reatus exposcere, lectionem ob eam causam negligerent: ex auribus illorum hunc in primis scrupulum eximere contendit. Ea vis est, inquit, Christianæ sectæ, vt nihil sollicita sit, quomodo vobis satisfaciens aliquid de sua causa imminui contendant, quo minus damnationem mereri videatur. Cum enim tota eius ratio, atque spes omnis à cælo pendat, cælestia verò opposita sint omnia terrenis, quid mirum, si diuersa quoque est eius conditio, aliterque tractetur apud externos quam æquum sit atque legitimum: Sed hoc vnum est quomobrem attentionem vestram requirat, quia vehementer exoptat: vt quid ea sit, & in quo nitatur, cognoscatur prius à vobis quam damnetur. Quæ sanè petitio & honesta est, & à iudicibus regulari non potest. DEPRECARI verò est pro reo à iudice vel pro amico à principe viro veniam precari. Cicero ad Pontif. Amici illi tui te vno amico recti, &c. Quibus autem verbis deprecatio fiat, idem Cicero pro Ligario docet, Ignoscite iudices, errauit, lapsus est, non putauit, si vnquam posthac, &c.

⁹ Quid hic deperit legibus in suo regno dominantibus, si audiatur? An hoc magis gloriabitur potestas earum, quo etiam inauditam damnabunt veritatem? Ceterum inauditam si damnent, præter inuidiam iniquitatis, etiam suspicionem merebuntur alicuius conscientia, nolentes audire, quod auditum damnare non possint.

Ratio quomobrem homines aliquid expetant triplex est, honestum, vile, & iucundum: cur fugiant his contraria faciunt, turpe, inutile, atque molestum. Tertullianus itaque vt facilius Christiani exoretur iudices vt audiantur, anequam ad tabellam deueniant, ostendit nihil esse in ea petitione quomobrem reiici mereantur: nihil enim ab ea timeri posse, quod legibus inutile sit, præsertim vbi ad libidinis suam omnia trahere possint, imò quod iocundum sit sperari posse. Namque post dictam causam, id est, de more